No. Q.404.10
The Public Library of the City of Boston.

George Ticknor.
SUUM CUIQUE.

**2901.7
Presented to the
Public Library of the City of Boston.
by
George Ticknor, Esq.
Not to be taken from the Library.
Received May 15, 1860. No. 42248

This is the fifth of the Editions
Enumerated by Douce II. 358.
The date is 1488 colophon after the tale 181
& not 1483 as marked on the back
by the Binder. — It is in Ebert Art. 8452
From Brunet Supplement II. 176 I suppose
the author of the Gesta has been probably
settled to be a certain Elimandus. —
Ebert is curious; Articles 8445 to 8458.
Graesse* Gesta 1842 p. 297. —

The work of Graesse here referred to is not his Trésor de livres rares, etc. but Gesta Rom. das älteste Mährchen- und Sagenbuch u. s. w.

Graesse makes this the 14th edition; but the third with a date. p. 307

* In Graesse's Trésor it is noted as the 16th ed.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/gestarhomanorumc00tick

Iovinianus.

Lessing's Leben Bd III. S. 127. Sämmtl. Schriften Bd. 27 S. 59
v. d. Hagen und Büschings Gesch. d. deutschen Poesie S. 303–13.
Wartons History of the english Poetry, Dissert. on the Gesta Romanorum Vol I.
Glassii Philologia sacra Nomen Petrus Berchorius [illegible]
Sir Tristrem by Thomas of Erceldoune called the Rhymer, edit. from the
Auchinleck Ms. by Walter Scott, III^d Edition (Edinburg 811, 8vo) Introd. S. CXI
Tyrwhitt's Notes on Chaucers Canterbury Tales.
Francis Douce's Illustrations of Shakespeare (London, 814, 8vo) Vol II, p. 335–428.
Graesse Gest. Rom. p. 307

Pettus Berchovius der englische Compilator der Gesta Romanorum post 136

Geſta rhomanoꝝ cū applicationibus moraliſatis ac miſticis.

Ex geſtis rhomanorum hiſtorie notabiles de vicijs & virtutibuſqȝ tractãtes cũ applicationibꝰ moraliſatis et myſticis incipiũt feliciter.

De dilectione Capitulum primũ

Pompeius regnauit diues valde ꝛ potens. qui filiã vnicã ꝛ pulcram habebat quã tenerrime diligebat. ita ꝙ pro eius cuſtodia quinqȝ milites ei aſſignauit vt cõtra omne piculũ ſub pena graui eã cuſtodirent. Milites vero diebus ac noctibꝰ armati eã cuſtodiebant ꝛ ante oſtium camere lampadem ardentẽ ordinabãt. ne aliquis nocte ad eam accederet. ipſis dormientibus vel eis ignorãtibus. Et quendam caniculum bene latrantem habebãt p cuius latratum excitari poſſent. Puella iſta tenerrime nutrita erat. que multum anhelabat mundi ſpectacula videre. Cum autẽ ſemel foras pſpexiſſet. venit quidã dux. qui cũ oculos impudicos in eam iniecit: ſtatim captꝰ eſt in amorẽ eius. quia pulcra nimis ꝛ oculis omniũ erat gratioſa ac impatoris filia vnica. que poſt mortẽ patris iure hereditario impium obtineret. Dux iſte multa ei pmiſit vt eius cõſenſum obtineret. Illa vero ſperans de promiſſione conſenſit. ſtatim caniculum patruum occidit. lampadem extinxit et nocte ducem eſt ſecuta. Mane vero facta eſt queſtio vbi deuenit. Erat tunc in palacio regis pugil fortis qui ſemp pro iuſticia imperij pugnauit. qui cum audiſſet ꝙ filia patrem cõtempſit agili curſu poſt eam currebat Dux vero cũ eum armatũ vidiſſet venientẽ duellũ cum eo commiſit. Sed pugil preualuit: caput eius amputauit ꝛ puellam ad palaciũ reduxit. tamen faciem patris mlto tempe non vidit. cõtinue gemitꝰ ꝛ ſuſpiria emittebat Hoc audiens quidam ſapiens in curia imperatoris qui ſemp mediator inter imperatorem ꝛ alios erat cõſtitutus. motus pietate. p eum eſt patri reconciliata ac nobiliſſimo viro deſponſata Quo facto varia donaria a patre recepit. Primo tunicam talarem polimitam vndiqȝ intextam. hoc habentem. Dimiſi tibi ne adijcias vltra. A rege quãdam coronã auream habuit ſic inſculptã Ex me tua dignitas. A propugnatore habuit anulũ vnũ cũ hac ſcriptura. dilexi te. diſce diligere. A ſapiẽte mediatore aliũ anulũ recepit ſic ſculptũ. Quid feci Quãtum Quare. A filio regis etiã anulum ſic ſcriptũ. Nobilis es. nobilitatem tuam ne cõtemnas. A germano proprio alium anulũ recepit in quo erat ſcriptum. Accede ad me ne timeas frater tuus ſum. A ſponſo ſigillũ aureũ. quo ſibi hereditas ſponſi cõfirmabat collata eſt cuius ſcriptura erat. Iam cõiuncta es noli amplius errare. Puella poſtqȝ iſta dona recepat ea qȝdiu vixerat cuſtodiuit. ꝛ eſt ab omibus dilecta ꝛ dies ſuos in pace finiuit.

Moraliſatio.

Kariſſimi. Impator iſte eſt ipſe pater celeſtis qui vocauit nos p paſſionẽ filij ſui de fauce dyaboli. Ipſe eſt rex regum et dominus dominatiũ.. Deut. xxxij. Nũquid ipſe eſt pater tuꝰ qui poſſedit: fecit ꝛ creauit te Filia vnica eſt aia rationalis que traditur quinqȝ militibus id eſt quiqȝ ſenſibus ad cuſtodiendum. qui ſunt armati per virtutes quas homo in baptiſmo recepit Iſti ſenſus ſunt viſus. auditꝰ ꝛc qui habent contra dyabolum mundum et carnem eam cuſtodire. Lampas ardens eſt voluntas deo in omnibus ſubiecta que debȝ ſemp ardere in bonis operibus vt peccato non conſentiat. Caniculus patruus bene latrans eſt conſcientia que habet cõtra peccata recalcitrare ſed heu prochdolor anima volens mundi ſpectacula videre ſepe pgit foras totiens quotiens cõtra diuinũ preceptũ agit. ſtatim a duce. i. a raptore infernali voluntarie eſt deducta. et ſic lampas bonoꝝ operum extinguit ꝛ caniculus cõſcientie occiditur. et ſic anima in nocte peccati ſequit dyabolum. Hec cũ audiſſet pugil noſter. ſ. deus. quia nõ eſt aliꝰ qui pugnat p nobis niſi tu deus noſter

ſtatim contra ducem dyabolum pugna uit ⁊ victoriam obtinuit ⁊ aĩam ad pa lacium regni celeſtis adduxit. Sapiẽs mediator erat chriſtus dicente apoſto lo. i. Thi. ij. Unus deus mediator dei et hominum homo Jeſus chriſtus. Filius regis eſt chriſtus. Unde pſalmiſta. Fi lius meus es tu ego hodie genui te. Fra ter noſter chriſtus. Geñ. xxxvij. Frater noſter eſt. Sponſus noſter eſt chriſtus. iuxta illud Oſee. ij. Sponſabo te mihi in fide. Et iterum ſponſus ſanguinum tu mihi eris. p ipſum reconciliati ſum⁹ celeſti patri et ad pacem vocati. Jpſe enim eſt pax noſtra q̄ vtraqꝫ fecit vnũ Ad Ephe. Ab ipſo predicta donaria re cipimus. primo tunicam talarem ſcilꝫ cutem ſuam digniſſimam et certe poli mitam. quia flagellatõne cruore liuore et alijs varijs liuoribus intextam. Cu ius textura nihil aliđ niſi qđ dimiſi ti bi. q̃r redemi te ne adijcias vltra malũ agere. vade inq̄t noli amplius peccare Hec ẽ tunica Joſeph tincta in ſangui ne hedi Geñ. xxxvij. Jſte chriſt⁹ rex no ſter dedit nobis coronã glorioſiſſimam ſcilicet dum pro nobis voluit coronari ⁊ vere ibi inuenimus. Ex me tua digni tas De iſta corona Joh. xix. Exiuit Je ſus portans coronam ſpineã. Chriſtus etiam eſt propugnator noſter qui dedit nobis vnum anulum ſcilicet foramẽ de xtre manus ⁊ vere ibi poſſumus percipe re. ſicut ſcriptum eſt. dilexi te. diſce di ligere Apocalipſ. p̄rio. Dilexit nos et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo Chriſtus mediator noſter dedit no bis alium anulum ſcilicet foramen ſini ſtre manus vbi videre poſſum⁹ ſcriptũ Quid feci. quantum. quare Quid feci Meip ſum exinaniui formã ſerui acci piens. Quãtum. deũ feci hominẽ. qua re. vt hominem perditum redimerẽ De his tribus zacha. xiij. que ſunt iſte pla ge in medio manuũ tuarum. Et reſpon dit dicens His plagat⁹ ſum in domo il lorum qui me dilexerunt Chriſtus fra ter noſter eſt ⁊ fili⁹ eterni regis. Dedit nobis tertium anulũ ſcilicet foramẽ de xtri pedis Et quid ibi niſi. Nobilis es. nobilitatem tuam ne cõtemnas Simi liter chriſtus eſt german⁹ noſter. Et de dit nobis quartum anulum ſcilicet fo ramẽ ſiniſtri pedis in quo ſcriptũ ẽ. Ac cede ne timeas. frater tu⁹ ſum Chriſtus eſt noſter ſponſus. dedit nobis ſigillum quo ſponſi hereditas confirmabatur col lata. id eſt vulnus lateris ſui cũ lancea pforatum propter nimium amorẽ quo te dilexit ⁊ quid ibi niſi iam coniuncta es mihi per miſericordiam noli ampli⁹ peccare. Studeam⁹ ergo chariſſimi do na ſic munda cuſtodire ꝙ poſſimus di cere illud Math. Dñe q̄nqꝫ taleta tra didiſti mihi. ⁊ ſic ſine dubio poterimus regnare in celeſti gremio Qđ nobis p̄ ſtare dignetur pater ⁊ filius. ⁊c.

De miſericordia.
Capitulum. ij.

Titus regna uit qui ſtatuit pro lege ſub pe na mortis ꝙ filij parentes ſuos alerent Accidit caſus. ꝙ erant duo frẽs ex vno patre. vnus filiũ habebat et vidit auũ culũ ſuũ egentem ſtatim ſꝫm legem eũ aluit cõtra voluntatem patris ⁊ iđ pa ter eius a ſocietate ſua eum expulit Ue runtamẽ hoc non obſtante non dimiſit quin auunculũ ſuum egentem aleret ⁊ neceſſaria ei in omĩbus dedit. Poſt hec auunculus eius diues factus eſt et pa ter eius cepit egere. Filius vero hoc vi dens patrẽ aluit prohibente auũculo. ideo a ſocietate auunculi eſt expulſus diceſqꝫ ei. Cariſſime tibi conſtat ꝙ ali q̄n egen⁹ erã ⁊ contra voluntatẽ patris tui mihi neceſſaria in omnibus mini ſtraſti. Et ideo iam te in filium meum et heredẽ accepi. Jngratus filius here ditatem non ſequitur ſed filius adop tatus. ſicut tu ingratus fuiſti quia con tra preceptum meum patrẽ tuum alui ſti ideo hereditatem meã non obtine bis. Filius reſpondit auunculo Nullus debet puniri pro eo quod lex ſtatuit et compellit. ſed lex naturalis et ſcripta compellit filium parentibus ſubuenire in neceſſitate. maxime eos honorare. ideo expelli ab hereditate de iure non de beo.

Moraliſatio.

Cariſſimi Duo fratres ſunt filii dei et mundus qui ambo a patre celeſti proceſſerunt. filius dei per generationem. mundus per creationem. Inter iſtos fuit et eſt diſcordia ab initio intantum quod qui eſt amicus vnius eſt inimicus alterius. iuxta illud Jacobi. iiij. Quicunque voluerit eſſe amicus huius ſeculi inimicus conſtituetur dei. ſed filius vnus eſt quilibet chriſtianus qui eſt filius chriſti. quia ei adheret per fidem. Non ergo debemus alere mundum per ſuperbiam. auariciam et ſic de ceteris. ſi volumus filij dei eſſe et ſi contrarium fecerimus certe a ſocietate chriſti expellimur quantum ad hereditatem celeſtem. Si chriſtum alere volumus per opera pietatis mundus odio nos habebit. verumtamen melius eſt mundum odire quam hereditatem celeſtem amittere.

Juſtum iudicium.

Capitulum. iij.

Q Uidam imperator regnauit qui ſtatuit pro lege quod ſi mulier ſub viro adulterata eſſet ſine miſericordia de alto monte precipitaretur. Accidit caſus quod quedam mulier ſub viro ſuo erat adulterata. ſtatim ſecundum legem de alto monte erat precipitata. ſed de monte tam ſuauiter deſcendit quod in nullo leſa erat. Ducta eſt ad iudicium Judex videns quod mortua non eſſet ſententiam dedit iterum eam precipitari et mori Ait mulier Domine ſi ſic feceritis contra legem agitis Lex vult quod nullus debet bis puniri pro vno delicto Ego eram precipitata quia ſemel adulterata. et deus me miraculoſe ſaluauit. ergo iterato non debeo precipitari. Ait iudex Satis prudenter reſpondiſti vade in pace. et ſic ſaluata eſt mulier.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Imperator iſte eſt deus noſter qui facit iſtam legem quod ſi quis in anima pollutus fuit ſub chriſto qui eſt ſponſus anime per peccatum mortale debet precipitari de alto monte id eſt de regno celeſti. ſicut erat primus pater adam. ſed deus per filij ſui paſſionem ſaluauit. Homo cum peccat deus non ſtatim propter infinitam ſuam miſericordiam eum damnat ſed per gratiam ſuam ſaluat vt non precipitaretur in infernum. etc.

De iuſticia iudicantium.

Capitulum. iiij.

C Eſar regnauit qui ſtatuit pro lege quod quis mulierem raperet et vi eam opprimeret in electione mulieris eſſet vtrum mori deberet vel eam ſine dote in vxorem duceret. Accidit caſus quod quidam rapuit nocte ſimul duas mulieres. vna petijt mortem et alia nuptias. Raptor captus eſt et ductus coram iudice vt duabus mulieribus ſecundum legem reſponderet. Prima mulier inſtanter ſecundum leges mortem eius petijt Secunda eum in virum habere clamauit. Et dixit prime mulieri. Uerum eſt quod lex dictat quod petitionem tuam obtineas et eodem modo lex pro me clamat Sed quia mea petitio eſt minor et magis charitatiua. ideo mihi videtur quod iudex pro me ſententiam dabit Ambe mulieres iudici ſunt conqueſte et quelibet beneficium legis poſtulabat. Judex cum vtramque partem audiſſet ſecunde mulieri conceſſit vt eum in virum obtineret. et ſic factum eſt.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Imperator iſte eſt dominus noſter Jeſus chriſtus. raptor quilibet peccator qui rapit id eſt violat duas mulieres. ſcilicet iuſticiam et miſericordiam. que ſunt ambe filie dei. raptor conuocatur coram iudice quando anima ſeparatur a corpore. Prima ſcilicet iuſticia contra peccatorem allegat eternaliter mori per legem iuſticie. Sed altera ſcilicet miſericordia diuina allegat quod per contritionem et confeſſionem ſaluabitur. Ideo ſtudeamus ſic deo placere. etc.

De ſectanda fidelitate

Capitulum. v.

R Ex quidam regnauit. In cuius imperio erat quidam iuuenis a piratis captus qui ſcripſit patri ſuo pro redemptione. Pater noluit eum redimere ſic quod iuuenis multo tempore in carcere erat maceratus. Ille qui eum in vinculis habebat quandam pulcram filiam oculis omnium gratio

ſam genuerat. que nutrita ī domo erat quouſqꝫ viginti āños in etate ſua com pleuerat que ſepius incarceratum viſi⸗ tauit ac conſolabatur Sed ille tantum deſolatus erat ꝙ nullam conſolatōem recipere poterat ſed ſuſpiria et gemitus continue emittebat Accidit quodā die ꝙ cum puella euꝫ viſitaret. ait iuuenis ei. O bona puella vtinam velles ꝓ mea liberatōe laborare. Que ait. Quomo do potero hoc attemptare. pr̄ tuus q̄ te genuit nō vult te redimere. ego vo cū ſim tibi extranea quomodo deberē hoc cogitare. ⁊ ſi te liberarem offenſionē pa tris mei incurrerem. quia tuā redemp tōem ꝑderet pater meus. Ueruntamē mihi vnum concede ⁊ liberabo te. At il⸗ le. O bona puella pete a me q̄d tibi pla cuerit ſi mihi eſt poſſibile ego ꝯcedā At illa. Nihil aliud peto pro tua liberatiōe niſi ꝙ me in vxorem ducas tempe oppor tune Qui ait. Hoc tibi firmiter ꝓmit to. Statim puella patre ignorāte ipm a vinculis liberauit ⁊ cum eo ad patri⸗ am ſuam fugit. Cum vero ad patrem ſu um veniſſet. ait ei pater O fili de tuo ad uentu multū gaudeo. ſed dic mihi q̄lis eſt iſta puella quā tecū duxiſti. Ait ille Filia regis eſt quam in vxorem habeo Ait pater. Sub pena amiſſionis heredi tatis tue nolo vt eam in vxorem ducas At ille. O pater quid dicis Plus ei te neor q̄ꝫ tibi quādo captus eram in ma⸗ nus inimici ⁊ fortiter vinculat⁹ tibi ꝓ mea redemptōe ſcripſi. noluiſti me re dimere Ipſa vero nō tantū a carcere ſꝫ a mortis periculo me liberauit. ideo eā in vxorem ducere volo. Ait pater. Fili dico tibi ꝙ nō poſſis in eam confidere. et per conſequens nullo modo in vxorē ducere Patrem propriū decepit q̄ndo ipo ignorāte te a carcere liberauit. pro qua liberatōne pater eius multa perdi dit que pro tua redemptōne habuiſſet. ergo videtur ꝙ tu non poteris in eā cō fidere ⁊ per conſequens nullo modo in vxorem ducere Item alia ratō eſt Iſta licꝫ te liberauit hoc fuit cauſa libidinis vt poſſet te in virū habere. ⁊ iō quia ei⁹ libido erat cauſa liberationis tue. non mihi videtur ꝙ vxor tua erit Puella au diens iſtas rationes ait Ad primam re ſpondeo q̄ñ dicis ꝙ ego decepi patrem meum propriū. ꝙ non eſt verum Ille de cipitur qui in aliquo bono diminuitur. ſed pater meus tam locuples eſt ꝙ ali cui⁹ auxilio non indiget cum hoc ꝑpen⸗ di iuuenē iſtuꝫ a carcere liberaui. ⁊ ſi pa ter meus ꝓ eo redemptōem accepiſſet nō multū ꝓpter hoc ditior fuiſſet. et tū ꝑ redemptionē depauperatus eſſes. er go in iſto actu te ſaluaui ꝙ redēptōem non dediſti ⁊ patri meo nullā iniuriam feci. Ad aliam rōem q̄ñ dicis ꝙ ego ex libidine hoc feci. Reſpondeo hoc nullo modo poteſt fieri quia libido aut eſt pro pter pulcritudinē aut propter diuitias aut ꝓpter honores aut propter fortitu⸗ dinē. ſed fili⁹ tuus nullū iſtorum habu it. quia pulcritudo eius per carcerē erat annihilata. Nec dites fuit. qꝛ nō habu it vnde ſeipſum redimeret. Nec fortis quia fortitudinem perdidit per carceris maceratōem. Ergo ſola pietas me mo uebat ꝙ ipſum liberaui. Pater hoc audi ens non poterat filiū arguere vlterius. Filius ergo cū magna ſolēnitate eā in vxorē duxit et in pace vitam finiuit

Moraliſatio.

Ariſſimi. Fili⁹ a piratis captus erat totū genus humanum ca⸗ ptum ꝑ peccatū primi parentis in carcere demonis. ſ. in eius poteſtate. Pater qui noluit eum redimere eſt mū dus iſte qui nullo modo volebat homi nem iuuare a carcere diaboli ſed potius eum tenere. Filia que eū in carcere vi⸗ ſitauit eſt diuinitas anime ꝯiūcta que humano generi cōpatiebat̄. q̄ poſt paſ ſionē ſuam ad infernū deſcēdit ⁊ homi⸗ nem a vinculis diaboli liberauit Pater vero celeſtis de noſtris diuitijs non in⸗ diget. quia ſuꝑ om̄ia ē diues ⁊ ſumme bonus Ideo xp̄s motus pietate ad nos de celis deſcēdit. nos viſitauit q̄ndo car nem noſtrā aſſumpſit ⁊ tamē nihil aliđ petijt ꝓ noſtra redemptōe niſi ꝙ ſit ho mini deſponſatus Iuxta illud Oſee. ij. Deſponſabo eam mihi in fide. Uerūta men pater noſter mūdus cui multi obe diūt. cōtra hoc ſemꝑ murmurat ⁊ alle gat Si deo adhereas. hereditatē meam

id eſt mundanam nō habebis. quia im poſſibile eſt deo ſeruire ⁊ mām one. Ma thei. vi. Sed melius eſt nobis ſpernere mundum ꝙ̄ ſocietatē dei amittere. Iu xta illud Math. Qui reliquerit patrē aut matrem vxorē aut agros ꝓpter me centuplum accipiet ⁊ vitam eternā poſ ſidebit. Quā nobis tribuere dignetur Ieſus xp̄s filius dei viui qui cum pa tre ⁊ ſpiritu ſancto regnat in ſempiterna ſecula. Amen.

De ſequenda ratione.
Capitulum. vi.

Erat quidā im perator potens ſed tyrannus q̄ quādā puellā regis filiam pulcrā val de deſponſauit. Facta deſponſatōne am bo adinuicem iuramentū fecerunt ꝙ ſi quis eorum prius moreretur alter p̄ ni mio amore ſeipſum occideret. Accidit ſemel ꝙ impator iſte ad partes longin quas ſe tranſtulit et diu moram ibidē traxit. Volens probare vxorem ad eam nunciū deſtinauit vt ei de morte ſua di ceret. Audiens hoc vxor propter iura mētum quod ante fecerat viro ſuo deal to mōte ſe precipitauit vt moreref. Ve runtamen mortua nō eſt ſed infra bre ue tempus ſanitati eſt reſtituta. Deiñ iterato ſeipſam volebat precipitare vt moreref ꝓpter iuramentū quod fecerat Pater eius hoc audiens precepit vt p̄ cepto ⁊ iuramēto viri nō obediret. Illa vero nolebat conſentire. Ait pater. Ex quo nō vis mihi conſentire et obedire celeriter extra ſocietatē meā exeas. At illa. Nolo. ⁊ hoc per talem ratōnem pro bo. Cum autem quis iuramento eſt ob ligat⁹ tenetur adimplere. ego iuraui vi ro meo ꝙ pro eius amore meipām occi derem ideo non deliqui ſi iuramētū im plere volo. ergo extra ſocietatē tuā nō debeo expelli. Item nullus debet puniri pro eo qđ eſt commendabile Sed cum vir ⁊ vxor ſint vnum in carne ſ̄m deum cōmendabile eſt ꝙ vxor pro amore viri ſui moriatur. Unde in india aliquādo erat lex ꝙ vxor poſt mortem viri ſui p̄ dolore ⁊ amore ſeipſam comburere debe ret vel viua cum eo in ſepulcrum poni. Et ideo vt mihi videtur nō deliqui qñ meipſam interficio propter amorē viri mei. Ait pater. Quādo prius dixiſti ꝙ obligata iuramēto fuiſti. ⁊c. tale obliga mētum non valet quia pretēdit ad ma lum finem ſcꝫ ad mortem. Iuramentū ſemp̱ debet eſſe rationabile. ⁊ ideo iura mentum tuuꝫ nullū eſt. Ad aliam ratio nem quando dixiſti ꝙ iſtud eſt cōmen dabile ꝙ vxor moriaẜ pro viro non va let. quia licet ſint vnum in corpe per car nalem affectōeꝫ. tamen in aīa duo ſunt que abinuicem realiter differunt Et iō nō valet quod allegaſti. Puella hec au diens nō poterat vlterius arguere. ſed dictis patris adheſit nec vlteri⁹ ſeipſaꝫ p̄cipitare volebat. nec ampli⁹ viro ſuo copulari.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Rex iſte eſt dyabolus Puella eſt anima tam gratioſa ad dei ſimilitudinē creata quaꝫ dyabolus ei p̱ peccatum deſponſauit Un de in peccato cōmiſſo facta conuentio eſt ꝙ ſi ipſe mortuus erat per peccatum ⁊ in partibus lōginquis. i. in inferno p̱ ſupbiam ſuam pollicitus eſt. ſic vult ꝙ anima peccatrix de alto monte. id eſt de celo ſe precipitet in infernū. et ſic erat ante aduentum chriſti. ſed p̱ xp̄i paſſio nem eſt ſanitati reſtituta. Veruntamē adhuc ſepius intēdit ſe p̄cipitare quo tiens contra diuinū preceptū ꝑpetrat ſed de⁹ pater noſter non vult vt precipi temur p̱ peccatum ſed vult per contriti onē et confeſſionē vt totaliter ad ip̄m ↄuertamur ⁊ firmiter nos in ip̄o tenea mus ⁊ vitam eternam poſſideamus.

De inuidia maloꝝ aduerſum bonos.
Capitulum. vij.

Dioclecian⁹ re gnauit In cuius imperio erat q̄ dam miles generoſus qui duos filios habebat quos multum dilexit. Iunior filius contra volūtatem patris mere tricem in vxorē duxit. Cum pater hoc audiſſet cōtriſtatus eſt valde ⁊ illum a ſocietate ſua expulit Iſte ſic expulſus ī magna miſeria eſt poſit⁹ Tamen de me retrice vxore ſua filiū formoſuꝫ genuit

et ad magnam egeſtatem peruenit Mi
ſit nuncium ad patrem ſuum vt miſeri
cordiam de eo haberet. Pater vero cum
audiſſet de eius miſeria ↄmota ſunt om
nia viſcera eius. miſertus eſt ei ⁊ cū eo
reconciliatus eſt. Ipſo reconciliato pa
tri ſuo filium quē de vxore ſua meretri
ce genuerat recommendauit Pater ve
ro ipſum quaſi in filium proprium enu
triuit. Hec audiens frater ſenior indig
natus dixit pr̄i ſuo. Tu es demens. Et
hoc probo tibi tali ratiōe Ille eſt demēs
qui filium in heredem accipit et nutrit
qui ei iniuriam magnam fecit. ſed fra
ter meus qui illum puerū genuit fecit
tibi magnam iniuriam quādo meretri
cem contra tuum preceptū deſponſauit
Ergo videtur ꝙ tu es demens ꝙ filiū
eius nutris ⁊ ei pacem dediſti Pater ad
hoc reſpondit. fili frater tuus eſt mihi
recōciliatus per magnam contritiōem
quam habuit ⁊ propter preces aliorum
ideo oportet me filiū ſuum diligere pl⁹
ꝙ̄ te. Hac ratōne tu ſepius contra me
feciſti ⁊ nunꝙ̄ reconciliatus es mihi. qꝛ
culpā tuam humiliter recognoſcere no
luiſti. iā tu es ingrat⁹ fratri tuo. ex quo
velles ipſum a ſocietate mea expellere.
imo potius deberes gaudere ꝙ mihi eſt
recōciliatus. ⁊ quia ingratus es heredi
tatem meā non obtinebis. ⁊ illā quam
de iure habere debuiſſes. frater tuus oc
cupabit. et ſic factum eſt.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Per patrem iſtū pa
trem celeſtem intelligemus. p
duos filios naturā angelicā et
humanā. Humana coniuncta erat me
retrici. id eſt iniquitati quādo de pomo
vetito contra diuinū preceptum come
dit. Unde a patre celeſti erat homo ex
pulſus. filius meretricis. id eſt totū ge
nus humanum quod per peccatū puer
ſum perierat. Iſte filius eger factus eſt
quia poſt peccatū in hac lacrimaꝝ valle
poſitus eſt. Iuxta illō in li. Gen̄. ca. iij.
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo
Sed hic per chriſti paſſiōnē eſt deo pa
tri recōciliatus. et continue reconciliat
per opera meritoria et per preces ſancto
rum qui quotidie pro genere hūano p
ces fundūt in celo. Pſalmiſta. Deſide
rium eorum eſt oratio eoꝝ. Sed alius
frater ſcilicet dyabolus q̄ ſemper eſt in
gratus ſemper nos impugnat et de no
ſtra reconciliatiōe murmurat ⁊ allegat
ꝙ propter peccatum hereditatē regni ce
leſtis non debeamus conſequi. ſed ſine
dubio ſi ſancte iuſte et munde in hoc ſe
culo vixerimus. allegatio ſua nihil no
bis nocebit imo partem ſuam. id eſt lo
cum quem ipſe in celis perdidit obtiue
bimus.

De vana gloria.
Capitulum. viij.

i Eo regnauit.
qui miro modo pulcras mulie
res delectabatur videre. Unde fecit fie
ri in quodaꝫ templo tres imagines ſtā
tes et precepit omnibus in imperio vt
eas adorarent. Prima imago habebat
manum ad populum extēſam ⁊ in vno
digito anulum aureum. et ſuper digito
erat ſupſcriptio talis. Ego ſum genero
ſus in digito. Secunda imago barbam
auream habebat. et in fronte ſic ſcriptū
Ego ſum barbatus ſi quis caluus fue
rit ad me veniat et de pilis meis accipi
at. Tertia imago clamidem aureā ha
bebat ⁊ tunicam de purpura. ⁊ in pecto
re eius erat ſcriptuꝫ caracterib⁹ aureis
Ego ſum qui neminē timeo. Iſte tres
imagines erāt interius lapidee. Cum
auteꝫ fuiſſent complete ſc̄m imperatoris
voluntatē ſtatuit pro lege ꝙ quicumqꝫ
anulum vel barbā aureā aut clamidem
auferret morte turpiſſima cōdemnaret
Accidit quodam tēpore ꝙ quidam tyrā
nus templum intrauit. videnſqꝫ primā
imaginem cum digito extenſo anulum
de digito extraxit. Deinde ad imaginē
ſecundam acceſſit et barbam aureaꝫ ab
ea abſtulit. Poſt hoc ad imaginem ter
tiam peruenit. clamidē ab ea tulit et de
templo receſſit Populus cū imagines
ſpoliatas vidiſſet ſtatim imperatori de
nunciabat. Cū imperator hoc audiſſet
contriſtatus eſt valde. tranſgreſſorem
ſcilicet tyrannum coram ſe vocauit ⁊ ſu
per tali delicto arguebat ꝙ imagines cō
tra preceptum ſuum ſpoliauit. At ille.

Domine licitum eſt mihi reſpondere: Qui ait. Mihi bene placet. Quando templū intraui prima imago manum ad me extendit. habenſqꝫ in digito anulum ac ſi diceret. iſtum anulum accipe. Tamen ad extenſionem manus nolui recipere quouſqꝫ in digito ſuperſcriptōnem legi. ſcilicet Ego ſum generoſus. ecce anulus. Statim ſuperſcriptiōem intellexi ꝙ voluntas eius eſſet vt anulum acciperem. et ideo accepi. Deinde ad ſecundam imaginem acceſſi. et cum eam barbam auream habentē vidiſſem in corde meo cogitaui et dixi. Pater iſtius nunqꝫ talem barbam habebat. qꝛ ſepius eum vidi. et ꝙ ſit altior ꝙ̄ pater ratio non dictat. bonum eſt et vtile barbam eius auream auferre. Veruntamē hoc non obſtante barbam nolui extrahere quouſqꝫ ſuperſcriptōnem legi. Ego ſum barbatus quia ſi quis caluus fuerit ad me veniat ⁊ de pilis meis accipiat. ſicut videtis caluus ſum. Et ideo barbam auream propter duo abſtuli. Unum eſt vt patri ſuo eſſet ſimilis. et de barba aurea non nimis ſuperbiret. Secundo vt per pilos eius capiti meo caluo ſubuenirē. Deinde ad tertiam imaginem acceſſi que clamidem auream habebat Clamidem abſtuli eo ꝙ in hieme aurum eſt frigidum et imago eſt lapidea naturaliter lapis eſt frigidus. ideo ſi haberet clamidem aureā eſſꝫ addere frigiditatem frigido quod eſſet graue imagini. Item ſi in eſtate clamidem haberet eſſet nimis ponderoſum. Adhuc ei propter iſta non abſtuliſſem. donec ſuperſcriptōem frontis legiſſem. Ego ſum qui neminem timeo. Cum vero tantam ſuperbiam in ea vidiſſem vt humiliaretur abſtuli clamidem. Ait imperator. Cariſſime quādo lex erat data vt nullus imagines ſpoliaret. Nam erat in lege promulgatum ꝙ nullus propter aliquam cauſam imagines ſpoliaret. Et ideo quia te intromiſiſti de eis que ad te non pertinebāt. do pro iudicio vt hodie in patibulo ſis ſuſpenſus. Et ſic factum eſt.

Moraliſatio

Ariſſimi. Iſte imperator eſt dominus noſter Jeſus chriſtus. Tres imagines ſunt tria genera hominum in iſto mundo in quibus deus delectatur. Iuxta illō. Delicie mee ſunt eſſe cum filijs hominum Si ſancte et iuſte viuamus. deus nobiſcum permanebit. Per primam imaginē que habet manum extenſam debemus intelligere pauperes ac mundi ſimplices qui ſi deberent in curia principiꝫ ac dominorum aliquid expedire. oportꝫ vt manum extenſam habeant ad dandum iudici munera. Unde munera oclos iudicum excecant. Si vero dicatur iudici vel ſuis miniſtris quare a paupere accepiſti. ſtatim reſpondet. Nonne ego potero cum bona conſcientia recipe quod mihi gratis offertur. Curialis erat in offerendo ſi munus ſuū nō accepiſſem mihi eſſet pro ruſticitate imputandum Et ideo ne talia de me dicerentur munus eius accepi. Per ſecundam imaginem intelligere debemus mundi diuites qui per gratiam dei ad diuitias ſunt exaltati. Unde pſalmiſta. De ſtercore erigens pauperem. ſtatim ab emulis indicatur. Ecce iſte miſer habet barbam auream. id eſt plures diuitias ꝙ̄ habuit pater eius. opprimamus eum ſiue ꝑ phas ſiue per nephas iuſtum talem opprimunt ⁊ ſpoliant dicētes. Nos ſumꝰ calui. id eſt diuitijs priuati. bonū eſt vt ruſticꝰ iſte diues nobis diuitias ſuas participet. imo ſepius illum iugulāt vt bona ſua auferāt. Ad Thi. Cupiditas eſt radix omnium malorum. Per tertiā imaginem cum clamide aurea debemus intelligere homines in dignitate cōſtitutos. ſicut ſunt prelati eccleſie et iudices terreni qui habent legem cuſtodire virtutes inſerere. ⁊ vicia extirpare Unde malefactores qui noluerunt ſubijci diſcipline contra prelatos ſuos et ſeniores ſe erigunt ac conſpirant dicentes Nolumus hunc regnare ſuper nos Luce. Judei videntes. Chriſtum miracula facientem et eos arguere ꝙ contra legem committeret. ſtatim de morte eiꝰ conſpirabant. Tales conſpiratores et ſimiles morte morientur. Studeamus ergo vitam noſtram ſic corrigere. vt vitam eternam. ⁊c.

De naturali malicia per manſuetudinem ſuperanda.

Capitulum .ix.

Alexander regnauit prudens valde qui filiã regis ſyrie in vxorem accepit. que filiũ pulcerrimũ ei peperit. Creuit puer ꝛ cũ ad etatem legitimam peruenisset patri ſuo ſemper inſidias fecit. et per omnia mortem eius queſiuit. Imperator de hoc admirabatur. venit ad imperatricem et ait. Chariſſima dicas ſecure ſine timore ſecretum cordis tui mihi. vtrum de aliquo preter me polluta fuiſti. At illa. O domine quare a me talia queris Qui reſpondit. Filius tuus ſemper mortẽ meam querit miror qꝛ ſi eſſet filius meus talia non attemptaret. At illa. Nouit deus ꝙ nunq̃ ab alio preter te ſum polluta. ꝛ hoc parata ſum per omnem viam probare. Iſte eſt vere filius tuus. ſed quare te perſeq̃tur penitus ignoro. Rex cum hoc audiſſet cum omni manſuetudine filio ſuo locutus eſt dicens. O bone fili mi ego ſum pater tuus. per me mundum intraſti et heres meus eris q̃ te mihi mortem minaris. In delicijs nutriui te et omnia mea tua ſunt. deſine inquit ab iſta iniquitate et noli me occidere. Filius nõ acquieſcens dictis eius de die in diem malicia eius cõtra patrem creſcebat. ꝛ nitebatur ſemp̄ occidere eum. publice ꝛ priuate inſidias ei imponere. Pater hoc vidẽs in locum deſertũ perexit et filium ſuum ſecum duxit. portanſq; gladium in manu ſua dicens filio ſuo. Accipe gladiũ iſtum ꝛ interfice me hic. quia nimis ſcandalũ eſt tibi in occulto me occidere q̃ in publico. Filius hoc audiens ſtatim gladium a ſe proiecit ꝛ coram patre genua flexit cum fletu magno miſericordiã ab eo petens ait. O bone pater peccaui in te qꝛ male egi. iniq̃tatem feci. Iam nõ ſum dignus vocari filius tuus. peto vt remittas mihi ꝛ me diligas. ammodo ero filius tuus dilectus. ꝛ per omnia ſm̄ tuam voluntatem miniſtrabo tibi. Pater hec audiẽs cecidit ſuper collum eius. oſculatus eſt eũ ꝛ ait O fili dilectiſſime ammodo non pecces eſto mihi fidelis filius ꝛ ero tibi gratioſus pater. Et hoc dicto induit eum veſtimentis precioſis et eum ſecum ad domum duxit et magnũ conuiuium ſatrapis imperij fecit. Poſt hec per paucos dies vixit ꝛ vitã in pace finiuit.

Moraliſatio.

Chariſſimi. Imperator iſte eſt dominus noſter Jeſus chriſtus. filius qui patrem perſequitur eſt malus chriſtianus qui eſt filius dei legitimus per virtutẽ baptiſmi. Mater pueri eſt ſancta eccleſia a qua baptiſmũ ꝛ noſtrã ſalutem accepimus quibus peccator peruerſus. ꝛ a deo per peccatũ elongatus querit mortem chriſti. ꝙ ipſe ſit pater patet Deutero. xxxij. Nonne ipſe eſt pater tuus. ꝛc. Totiẽs ergo chriſtianus querit mortem chriſti quotiẽs contra p̄ceptum dei perpetrat. Unde duxit te in deſertum huius mundi in quo deſerto nõ tantũ obtulit ſe mori. ſed mortuus eſt propter peccata noſtra. Unde propter eius amorem et tue anime ſalutẽ deberes reſiſtere peccatis ꝛ ei fideliter ſeruire. Pater dedit ei gladium vt eum occideret. Sic deus dat tibi gladiũ. hoc eſt liberum arbitrium portantẽ ſcilicet amorem eius et gratiam. vel ſimpliciter eum a te expellere. fac ergo tu ſicut fecit ille filius. proijce a te gladiũ iniq̃tatis et malicie. ſicut fecit ille de quo legitur in euangelio. filius peregre profectus eſt in regionem longinquam. Sic peccator cum carnales voluptates diligit a domino peregrinatur. Et quanto peccando ipſe fit diſſimilior. tanto magis a domino ſuo elongatur. ſubſtantiam ſuam conſumit dum vitam et cogitatões turpibus actibus impedit. et ſic in euangelio dicitur de filio ꝙ egere cepit. Et adheſit vni ciui regionis illius. qui miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos ꝛc. Filius ille egere cepit q̃ndo virtutes per peccatum amiſit. Unde Pſalmiſta. Diuites eguerunt ꝛ eſurierunt Adheſit vni ciuium ſcilicet dyabolo. Quia demones ſunt ciues et rectores tenebrarum huius mundi. Iuxta apoſtolũ. Non eſt nobis colluctatio

aduerſus carnem ⁊ ſanguinem. ⁊c. Por cus immundum eſt animal, quia in ſordibus delectatur, ⁊ ideo porcis demones comparātur, quia ſordibus peccatoꝝ ſaturabūtur. illos paſcit peccator ſordic⁹ criminū ſuorum ⁊ ipſe eſt opus illoꝝ. Silique ſunt cibus peccatoꝝ ſic fornicatio ebrietas et guloſitas cibus demonum. De ſiliquis cupit peccator implere ſuum vētrem, quia nemo dat ei ſatietatem, quia voluptas ſemꝑ habet famam ſuam, ⁊ dyabolus multotiēs non dat homini ſui deſiderij facultatē. ſciēs autē eum eſſe mortuū ꝑ peccatum. Sed tamen dominus ſepius ꝑ grām ſuā vibrat ab eo gladium iniquitatis ⁊ dicit. Miſerere mei dn̄ peccata recognoſcit ⁊ dicit. Delictū meū cognitum tibi feci, ſed deus miſericordia motus eſt, ⁊ occurrens cecidit ſuper collum eius ⁊ oſculatus eſt eum, dixitq; ad ſeruos. Cito afferte ſtolā primā ⁊ induite illum ⁊ date anulum in manu ei⁹ et calciamēta in pedibus eius, ⁊ adducite vitulum ſaginatum ⁊ occidite ⁊ manducemus, quia hic filius me⁹ mortuus fuerat ⁊ reuixit perierat ⁊ inuentus eſt. Sic pater celeſtis vidit errātem cum ad penitentiā ſe mouet, ⁊ iniecit ſe ſuꝑ collum eius qn̄ onus penitētie ſibi imponit. eum oſculatur quando verbis oris ſui delectatur in peccatore. Iuxta illō. Oſculetur me oſculo oris ſui. Stola prīa induitur qn̄ amor chriſti ꝑ penitentiā habetur. anulus in manu ſignat ſignaculū ſimilitudinis chriſti in bonis operibus. Ille ergo anulum in manu portat qui in nullo opere a chriſto deuiat. Calciamenta in pedibus ſunt exempla ſanctoꝝ qui mortui ſunt. Quia ſicut calciamēta ī pedibus animaliū defendunt pedes ita exempla ſanctorum animas. Vitulus ſaginatus eſt chriſtus pro nobis imolat⁹ in ara crucis, quia ſaginatus id eſt ſpiritusſancti gratia repletus, ⁊ tūc poteris per ciuitatem cordis tui oſtendere vexillum boni militis chriſti, ſcilicet vbi erat ſcriptum. Oīa pretereūt preter amare deum. i. oīa peccata mea mala per penitētiam ſunt deleta, ⁊ iam dei timorē ⁊ gratiam eius mecum porto, per quam vitam eternam obtinebo. Ad quam nos perducat. ⁊c.

De ſponſatione anime fidelis.

Capitulum. x.

Veſpaſianus regnauit, qui diu regnauit ſine ꝓle, tandem per conſilium ſapientium q̄ndam pulcram puellam de longinqs partibus mūdi in vxorem duxit et cum ea in patria extranea diu remanſit. ꝓlē ex ea genuit. Poſt hec ad imperiū ſuum accedere volebat ſed nullam licentiā poterat obtinere ſed ſemper dicebat Si a me recedis meipſam occidere volo. Imperator cum hoc audiſſet fecit fieri duos anulos optimos, ⁊ ſculpſit imagines in gemmis huius efficacie vt vna eſſet imago memorie et altera imago obliuionis Cunq; paribus anulis eas inſeruiſſet vnum anulum ſcilꝫ obliuionis prebet vxori, alterum ipſe tulit vt ſicut pari amore ſic paribus anulis ſcilꝫ inſignirētur Vxor cum anulum accepiſſet. ſtatim cepit obliuiſci amoris viri. Imperator hoc videns ad imperiū cū gaudio ſe trāſtulit, nec vlterius eſt ad vxorem reuerſus. Et ſic in pace vitam ſuam finiuit.

Moraliſatio.

Kariſſimi. Per iſtum imꝑatorē debemus intelligere animā humanam quā oportet aſſumi ad propriam patriam hoc eſt ad regnū celeſte ad hoc vt ſalutē finalem cōſequat. Ideo ait ps. Saluum me fac deus. ⁊c. Vxor eſt noſtra caro que retinet aīam in multis delectatiōibus ꝑ quas nō poterit ad vitam eternā trāſire vbi aīe cōuerſatio eſt ⁊ imperium eius ⁊ totum deſideriū. Et quare non ꝑmittit eā, qꝛ caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄ ⁊ ecōuerſo Fac ergo tu ſicut fecit imꝑator. Fac duos anulos ſcꝫ memorie ⁊ obliuiōis Iſti duo anuli ſunt orō ⁊ ieiuniū. Vtrumq; enim in effectu ſuo caret termino. Signū infallibile in multis terris eſt ꝙ mulier ſi portat anulū deſponſata eſt. Et reuera qn̄ homo ſe dat oratōi ⁊ ieiunio ſignum eſt ꝙ anima eius eſt ſponſa chriſti. Oratio autem eſt anulus memorie

quia precepit apoſtolus dicēs. Sine in termiſſiōe orate. Utitur ergo homo oratione dominica vt deus memoriā eius habeat. imo angelus eam preſentabit. Exemplo Thobie. Ieiunium poteſt dici anulus obliuionis. quia detrahit vnde fugit ipſam carnem ne impediat vſum ratiōis ꝛ opus meritorium. p que itur ad deum. Studeam⁹ ergo iſtos anulos ſic nobiſcum retinere vt vitam eternaꝫ conſequi mereamur.

De veneno peccati quo quotidie nutrimur. Capitulum. xi.

a Lexander regnauit potēs valde qui magiſtꝝ Ariſtotelem ſuū doctorem habebat qui eum in omni ſcientia inſtruebat Hoc audiens regina aquilonis filiam ſuam a tempore ſue natiuitatis veneno nutriuit ꝛ cum perueniſſꝫ ad legitimā etatem erat tam pulcra ꝛ oculis hominum gratioſa ꝙ multi p aſpectū eius infatuati ſunt. Regina eam ad Alexandꝝ miſit vt eius cōcubina fieret Uiſa puella ſtatim captus eſt in amorem eius ꝛ dormire cum ea volebat. Hoc pcipiēs ariſtotiles dixit ei Nolite talia attemptare q̄ ſi feceritis incontinenti moriemini eo ꝙ ipſa ſit toto tpe vite ſue veneno nutrita. Ex autē verum fit probato ſtatim Hic eſt quidam malefactor qui p legeꝫ debet mori. cum ea dormiat ꝛ tūc ſi verū eſt videbitis. ꝛ ſic factum eſt. Malefactor oſculatus eſt eam coram om̄ibus. ſtatim cecidit ꝛ mortuus eſt Alexander hoc percipiens magiſtꝝ miro modo laudauit qui euꝫ a morte liberauit. puellā vero matri remiſit.

Moraliſatio Cariſſimi.

Ste alexander poteſt dici quilibet chriſtianus bonus fortis ꝛ potens per virtutes quas in baptiſmo recepit. q̄ potens eſt et fortis q̄diu manet in charitate ꝛ puritate vite. contra dyabolum mundū et carnem. Regina aquilonis eſt abundātia rerum que hominē querit occidere ſpiritualiter aliquādo. ſepius corporaliter. Puella itoxicata eſt luxuria et gula que nutriuntur ex cibarijs delicatis que ſunt venena anime. Ariſtoteles eſt tua conſcientia ſiue rō que ſp murmurat et contradicit illis que ſunt anime nociua et te impedit ne cum talibus imiſceatis. Malefactor eſt vir peruerſus deo inobediens qui magis ſeq̄tur delicias carnis q̄ diuina pcepta. talis tota die in peccatis dormit oſculādo id eſt tangendo gulam et luxuriam. per quos tactus ſpiritualiter occiditur Unde ſapiēs Qui tangit picem coinq̄nabitur ab ea. Studeamus ergo ſobrie viuere ꝙ poterimus ad eternam peruenire vitam.

De malo exemplo.
Capitulum. xij.

o Tto regnauit In cuius imperio erat quidam ſacerdos lubricus qui propter hoc multotiens ſubditos ſuos perturbauit. et p hoc ſcandaliſati multū erant. Erat vn⁹ parrochialium ſuorum qui nūq̄ intereſſe voluit miſſe ipſius dum celebrauit Accidit quodam die feſtiuo ꝙ tempore miſſe eius ſolus in campo deambularet et miro modo ſitiebat. intantum ꝙ videbatur ei niſi ſitim extingueret moreretur. Accidit dum ambularet venit ad quendam riuulum puriſſimi fontis in quo viſo incepit haurire et fortiter bibere. ſed cum guſtaſſet. quanto plus bibit tanto plus ſitiebat. intra ſe admirabatur dicens fontem huius riuuli querere volo vt de fonte bibam. Dum aūt ambulaſſꝫ obuiauit ei q̄dā ſenex pulcer valde ꝛ ait ei. Cariſſime quo tēdis. qui ait. Ultra q̄ credi poteſt ſitio. Inueni vnum riuuluꝫ a que de quo bibi ꝛ q̄nto plus bibi tanto plus ſitiebā. Ideo fontem hui⁹ riuuli quero vt de fonte bibaꝫ ſi ſitim extinguere poſſim Ait ſenex. Ecce hic eſt fons de quo riuulus procedit. ſed dic mihi quare cuꝫ alijs chriſtianis ad audiendam miſſam eccleſiam nō intraſti. Qui reſpondit Uere domine. ſacerdos noſter execrabilem vitaꝫ ducit ꝙ ipſum nō credo miſſas mūdas celebrare ꝛ deo placidas Ad quē ſenex Sit ē vt tu dicis. Ecce fons de quo tā dulcis aqua riuuli pcedit de cui⁹ riuulo bibiſti

nota de ſacerdotib⁹ criminoſis

Reſpexit ille videns ſcʒ canē fetidiſſimū habentē os apertum. per cuius os ⁊ dentes totiꝰ fontis ſcaturitio emanabat mirabiliter. Quod dū ille pſpicacius agnouiſſet mēte cōfuſus expauit. toto corpore pertimeſcens propter fetorē non audebat guſtare ⁊ miro modo ſitiebat. Quem ſenex intuēs ait illi. Noli timere quia potaſti de riuulo huius fontis. nullā enim moleſtiā tibi generabit. Ille hoc audiens guſtauit. ſitim extinxit ⁊ ait. O domine tam dulcem aquam homo nunq̄ʒ bibit. Ait ſenex Uide modo quemadmodū hec aqua per os canis fetidi obſeruato colore proprio et ſapore nec polluitur nec mutat̄. Cariſſime ſic eſt de miſſa p indignum ſacerdotem celebrata Et iō q̄uis tibi diſpliceat vita talium ſacerdotum. tamen miſſas illorum debes audire. His dictis ſenex euanuit ab eo. ⁊ quod viderat alijs reuelauit. Et poſt hoc deuote miſſas audiuit. et hāc vitam tranſitoriam et inſtabileʒ ad quietem terminū deduxit. q2 a corruptibili vita ad incorruptibilem trāſlatus eſt Quod nobis cōcedat ieſus chriſtus Marie filius.

Moraliſatio.

Kariſſimi Iſte imperator eſt dominus noſter Jeſus chriſtus in cuius imperio ſcilicet in mūdo eſt ſacerdos lubricus. id eſt chriſtianus peruerſus Quia ſicut ſacerdos habʒ animas prochialium cuſtodire ſic ⁊ chriſtiani virtutes quas in baptiſmo receperunt. habent regere ac diligenter cuſtodire ne polluātur. Iſte malus ſacerdos multos perdit malo exemplo. Uñ beatus Gregorius. Quot mala exēpla coram ſubditis cōmittunt tot animas p dunt. ſic malus chriſtianus verbo ⁊ ope multos ad infernū trahit. Si talis fueris fac ſicut fecit ille patrochianꝰ. ambula p campos. id eſt per regna ⁊ caſtra donec venias ad vnū quē diligit anima tua. ſcʒ illum ſenem. Senex eſt chriſtus quem inuenies p opa miſericordie. ſʒ prius oportet te bibere de riuulo licʒ nō extinguas ſitim Riuulus iſte de quo bibimus eſt baptiſmꝰ qui tantū ſitim originalis peccati extinxit. ſed ſi iterato incideris in peccatū amplius per eum extingui non poteris donec procedas ad iſtum fontem. Fons iſte eſt dominꝰ noſter ieſus chriſtꝰ. ſicut de ſeipſo ait. Ego ſum fons aque viue ſaliētʒ in vitā eternam. Joh. iiij. Riuuli vel vene iſtiꝰ fontis ſunt verba ſacre ſcripture quia ſepiꝰ procedunt p os fetidiſſimi canis. hoc eſt ſacerdotis predicatoris peccatoris. Querēdum eſt ergo. Cur ſcaturitō puri fontis per os fetidi canis ⁊ non alterius animalis manauerit. Reſpōſio Sepius in ſacra ſcriptura ſacerdotes comparātur canibus. Et ſicut in cane ſunt quatuor bona iuxta verſus iſtos. In cane bis bina ſunt ⁊ lingue medicina Naris adoratus amor integer atq̄ʒ latratꝰ Sic ⁊ ſacerdotes idonei circa ſalutem animarum in foro predicatōnis penitētie ⁊ cōfeſſionis quatuor has proprietates fideliter debent obſuare. Primo q̄ ſint medici in lingua mulcēdo videlicet ⁊ lingendo vulnera peccatorum ne nimis aſpere detergent̄ Uulnera enī et vlcera canes lambunt. Secūdo ſicut canis p odorem narium vulpem ſiue leporem inueſtigat. ſic ſacerdos in odore cōfeſſionis vulpinas calliditates. id ē hereticas puerſitates ſiue falſitates quo ad peccati detentionem. et leporinas timiditates quo ad peccati deteſtationeʒ aut venie deſperationem ⁊ lupinam ⁊ leoninam ferocitatem quoad venie ɔtemptū. ⁊ alia huiuſcemodi ſolerter ⁊ ſubtiliter inueſtigat. Tertio ſicut canis fideliſſimum animal eſſe ſcitur q2 pro domino ſuo ac pro familia domini. et eiꝰ animalibus ac contra malos homines periculo ſe exponit Sic ſacerdotes p fide catholica et pro ſalute animarum non ſolum patrochialium ſuorum ſed etiā omnium fideliū chriſtianorum corpus et animam debent expendere confidenter iuxta verbum domini Johan. x. Bonus paſtor animā ſuam ponit pro ouibus ſuis Item Johan. pzio. Chriſtus animam ſuam poſuit pro nobis. ita et nos debemus animas pro fratribus ponere Quarto ſicut canis ſuo latratu fures prodit ⁊ theſaurū domini ſui ipſos tollere nō pmittit Sic ſacerdos fidelis

eſt canis ſummi regis. latratu predicationis. vigilantia iugis orõnis. furtum id eſt inſidias ⁊ dyabolicas machinatões de theſauro domini ſui. id eſt de anima proximi ſui quã ſummo theſauro id eſt precioſo ſanguine ſuo redemit dominus Jeſus chriſtus propellere non deſiſtit.

De amore inordinato.
Capitulum. xiij.

Quidam imperator erat qui pulcrã vxorẽ habebat quam miro modo dilexit. Ipſa primo anno concepit ⁊ peperit filiũ quẽ mater multum dilexit intantum ꝙ ſingulis noctibus in vno lecto iacebat cũ eo. Cum autem in etate tres annos cõpleuiſſet mortuus eſt rex. de cuius morte factus eſt dolor magnus. Regina mľtis diebus mortem eius planxit. Cum autem ſepulture traditus fuiſſet. regina ꝑ ſe in caſtro quodam vixit habẽſqȝ filium ſuum ſecum. Dilexit adeo puerum ꝙ eius preſentia carere non poſſet. Ambo ſimul continue iacebant donec puer. xviij. annos in etate compleuiſſet. Videnſqȝ dyabolus amorem tantum inter matrem ⁊ puerum eius. eos ad opus nephatium ſolicitauit intantum ꝙ filius matrem cognouit. Regina vero ſtatim concepit. Cum autẽ impregnata eſſȝ filius totum regnum pre dolore dimiſit et ad partes longinquas acceſſit. Mater vero cum tempus pariendi eſſet filium pulcerrimũ peperit. videnſqȝ paruulum natum ſtatim illũ iugulauit ſcindens guttur eius per medium ⁊ ſanguis gutturis ipſius paruuli in palmam ſiniſtre manus regine cecidit. Et facti ſunt quatuor circuli rotũdi in hac forma. o o o o. Regina nulla arte potuit circulos euellere de manu ⁊ propter hoc intantũ verecũdabatur ꝙ ſemp habuit in illa manu cirothecã ne circuli viderentur Regina iſta beate virgini erat ſatis deuota. et tamen tãtum verecũdabatur ꝙ ex proprio filio conceperat et filium propriũ occiderat ꝙ nullo modo de hoc cõfiteri volebat ⁊ tamẽ omni quindena de ceteris peccatis erat cõfeſſa. Regina iſta largas elemoſinas pro amore beate vginis Marie diſtribuit. ⁊ ab omĩb9 erat dilecta quia omnibus gratioſa. Accidit vna nocte ꝙ cum eius ꝯfeſſor corã lecto ſuo flexis genub9 quinquies aue Maria dicebat apparuit ei beata virgo ⁊ ait. Ego ſum vgo Maria. habeo tibi aliq̃ ſecreta dicere Confeſſor gauiſus eſt valde et ait. O domina chariſſima dic ſeruo tuo q̃ tibi placent. Que ait Regina regni iſtius tibi confitetur. tamen vnum peccatum commiſit. quod tibi nõ audet pandere pre nimia verecũdia. Die vero craſtina veniet ad te cauſa confeſſionis dic ei ex ꝑte mei ꝙ elemoſyne ſue ⁊ orationes in conſpectu filij mei ſunt preſentate ⁊ acceptę. Precipio ei ꝙ de illo peccato confiteatur quod priuate in camera ſua cõmiſit. quia filium vnicum occidit. rogaui pro ea et remiſſum eſt ei peccatum ſi confiteri voluerit. Si vero dictis tuis noluerit acquieſcere roga eam vt cyrothecam de manu ſiniſtra deponat et in palma eius peccatum commiſſum non confeſſum videbis. ſi hoc noluerit cyrothecam vi extrahe. His dictis beata virgo Maria euanuit. Mane vero regina ſatis humiliter confitebatur de omnibus peccatis. excepto illo peccato Cum autem omnia ei dixiſſet que ei placuerunt ait confeſſor. Domina ⁊ filia chariſſima. multi multa loquũtur q̃re ſemper in manu ſiniſtra vteris cyrotheca. Audacter mihi manum oſtende ſi potero videre ſi lateat aliq̃d quod deo non placeat. At illa. Domine manus mea nõ eſt ſana et ideo vobis eam oſtendere nolo. Ille hoc audiens per brachium eam accepit ⁊ ea inuita cyrothecam extraxit et ait. Domina noli timere beata virgo Maria q̃ te intime diligit mihi hoc agere precepit. Cum vero manũ aptam vidiſſet vidit quatuor circulos ſanguineos ac rotundos. In primo circulo erant quatuor. c c c c. In ſecundo quatuor. d d d d. In tertio quatuor. m m m m. In quarto circulo quatuor. r r r r. In circuitu circulorum ad modum ſigilli erat talis ſuperſcriptio rubea continens que hic ſequũtur. Item de lrã c.

ſcilicet. Caſu cecidiſti carne cecata. De d. Demoni dediſti dona donata. De m Monſtrat manifeſte manus maculata De r. Recedit rubigo regina rogata. Domina regina cum hoc vidiſſet ad pedes cõfeſſoris cecidit ⁊ cum lachrymis humiliter cõfitebatur de illo peccato cõmiſſo. Accepta abſolutõne ⁊ penitentia cõpleta poſt paucos dies obdormiuit in domino. de cuiꝰ morte factus eſt planctus magnus in ciuitate.

Applicatio.

Ariſſimi. Imꝑator iſte eſt Jeſus chriſtus qui deſponſauit filiam pulcram. ſcꝫ naturã humanam quãdo carnẽ noſtrã aſſumpſit. ſed prius eam in amaſiã accepit qñ pater filio ⁊ ſpirituiſancto loquebatur dicẽs Faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinem noſtrã. Sed heu proch dolor. poſtq̃ꝫ dominus noſter ieſus xp̃s genuit in nobis pulcerrimũ filiũ. i. animã ab oĩm ↄtagione mũdatã ꝑ ſuã paſſionẽ ⁊ virtutem baptiſmi. Anima in nobis ꝑ peccatuꝫ eſt occiſa quantũ ad vitã eternam. Sed dic mihi quomodo. Ecce viam vobis oſtendo. Homo habet ꝓpriũ filium ſecũ ⁊ cuꝫ eo iacet in delicijs. i. in carnali concupiſcẽtia intantũ ꝙ te ſciente ⁊ conſentiente propriũ filiũ tuum id eſt animam ſiue ratõnem iugulas ꝑ quam deberes ſenſus tuos dirigere. ſed ſanguis. id eſt peccatum ſemper in manu remanet. Juxta illꝺ Anima mea in manibꝫ meis ſemp. hoc eſt dictũ. Si bene vel male fecerimꝰ ita manifeſte ſicut in manu coram iudice ſupremo oñdef.

Alia applicatio.

Sta regina eſt natura humana que in primo parẽte ſcꝫ Adam erat plantata. que cõcepit ex filio hoc eſt ex delectatõne carnali quãdo de pomo comedit. tunc genuit filium id eſt. totũ genus humanũ qꝺ ipſa per peccatum occidit. Unde ſanguis noſter. i. peccatũ noſtꝝ tam notoriũ erat ꝙ nullo modo celari poterat niſi per cirothecam id eſt noſtrã fragilitatẽ ⁊ dyaboli deceptionem. ⁊ nunq̃ꝫ poterat per nos deleri. niſi per chriſti paſſionẽ Et quomõ Ecce via iſta. Confeſſor. i. ſpiritusſanctꝰ beatam virginẽ viſitauit de quo ipſa ↄcepit filium. i. xp̃m dñm noſtꝝ ꝑ quã ſaluati ſumꝰ. tñ in manu erant quatuor circuli Primus eſt cogitatõ que peccatũ ꝓcedit. ſecundus eſt delectatõ. tertiꝰ eſt conſenſus. quartus eſt actus peccati. Iſtis circulis erat adam ſignatus quãdo peccauit. ⁊ nos omnes quãdo peccatũ committimus. In primo circulo erãt quattuor c. q̃ dicebãt. Caſu cecidiſti carne cecata. Caſus erat dyabolꝰ qꝛ totũ genꝰ humanũ erat ꝑditũ. Cecidiſti Ubi. Ecce in infernũ. Carne. i. cũ frigore infirmitate ⁊ miſerijs mltis In paradiſo fuiſti creatus ſine omni defectu ꝓpter primi parentis peccatũ in iſtis miſerijs es inuolutus Cecata. i. cecꝰ factus es Ubi dum homo in ꝑadiſo iam ꝓpter peccatũ illa viſione caret. In ſecundo circulo erant quattuor d. que dicebant Demoni dediſti dona donata. Quid ei dediſti. Certe animã tuã quãdo mortaliter peccaſti. Hec primꝰ parens dedit qñ de pomo vetito comedit dona donata. i. ꝟtutes cum q̃bus te deus ornauit in baptiſmo. illas diabolo dediſti ꝑ quattuor m. que dicebãt. Monſtrat manifeſte. i. iã ſatis apte patet in qua miſeria ſumus poſiti. quia primo creati eramꝰ vt nũq̃ꝫ moreremur. ſed ꝓpter peccatũ mortales facti ſumus. Manus maculata. i. oĩa oꝑa noſtra q̃ntũcunq̃ꝫ bona. qm̃ per xp̃i paſſionẽ nõ poterũt nos defendere. q̃n totũ genꝰ humanũ ad infernũ deſcẽdat In quarto circulo erãt quattuor r. que dicebant. Recedit rubigo regina rogata. i. receſſit onus peccati ꝑ xp̃i paſſionẽ rubigo. i. peccatum originale per baptiſmum. Regina. i. virgo Maria ꝑ ſctãm conceptõem quã cõcepit de ſpirituſctõ Rogata qꝛ ipſa eſt mediatrix inter deũ ⁊ hominẽ. Deinde per cõceptõnem filij ſui. per eius natiuitatẽ circumciſionẽ et paſſionem necnon ꝑ ſctãm reſurrectõnem et aſcenſionem ad vitam eternaꝫ nos perduxit.

De honorandis parẽtibꝰ. Capitulum. xiiij.

Ptotheus regnauit. q̃ ſtatuit ꝓ lege ꝙ filij

parentes ſuos alerent et ſuſtentarent.
Erat in imperio tūc tp̄is quidā miles. qui vxorē pulcrā ⁊ honeſtā acceperat. ex ea filiū genuit. Profectus eſt miles ad peregrinādū in via eſt captus ⁊ fortiter ligatus. Statī ſcripſit vxori ſue et filio pro redēptōne ſua. vxor hec audiens cōtriſtata eſt valde. Fleuit amare intātū ꝙ ceca facta eſt. Ait filius matri Uolo ire ad patrē meū vt eum redimā a vinculis. Rn̄dit mater. Non ibis quia tu es vnicus filius meꝰ ⁊ gaudiū meū ⁊ dimidium anime mee. ⁊ poſſ3 tibi ꝯtingere ſicut ⁊ ſibi. malles tu patrē abeūtē redimere ꝙ̄ matrē p̄ſentē alere. Quotiens ita eſt ꝙ aliquid eſt equale duobus ei qui eſt preſens magis eſt adherendū Tu es filius meus ⁊ patris tui. ego vo ſum preſens ⁊ pater tuus abſens. Concludo ergo ꝙ nullo modo debes recedere a me ⁊ viſitare patrem tuū Filius reſpondit ⁊ multū bene. Licet ſum filius tuus tamē pater meus eſt cauſa principalis generatōnis mee. Ille agens tu patiens. pater profectus eſt pegre. tu domi ſedes. Ille vero captus ⁊ fortiter vinculatꝰ eſt. tu libera. Ille in manibꝰ inimicorū3. tu inter amicos Ille incluſus tu ſoluta. Tu vero es ceca tamen ille lucem nō videt niſi cathenas vulnera ⁊ miſerias. ⁊ ideo ad eū pergere volo ⁊ ipſum redimere ⁊ ſic factum eſt. vnde omnes filiū laudabāt quia ſic pro redēptione patris laborauit.

Moraliſatio.

Ariſſimi. Impator iſte eſt pater celeſtis qui ſtatuit ꝑ lege ꝙ filij parentes ſuſtentēt in omibus ⁊ eis obediant. Sed quis eſt pater noſter ⁊ mater. Certe pater noſter xp̄s eſt. Deu. xxxij. Nūquid nō iſte eſt pr̄ tuus. Ipſe habet ad nos affectu3 paternū non maternum. Scitis ꝙ quando puer trāſgreditur pater dure eū corrigit verberat ⁊ flagellat. ſed mater eū dulciter leniter ⁊ ſuauiter tractat. Chriſtus āt ꝑmittit nos flagellari ⁊ anguſtiari propter defectus noſtros. ipſe eſt pater noſter ſpūalis ſed mater noſtra eſt mūdꝰ iſte qui dulcia nobis promittit ⁊ dat delectabilia ſed pr̄ noſter xp̄s pegre ꝓfectus eſt. Unde pſ Extraneꝰ factus ſum fratribus meis. Adhuc xp̄s ligat et flagellatur nō in ſe ſed in mēbris ſuis ſm̄ aplm ad Heb. Quicūq3 eſt in peccato mortali ipſe iacet in carcere diaboli. ſed pater noſter vult vt laboremꝰ ꝑ redēptione Un̄ Luc. xij. Sinite inquit dominꝰ mortuos ſepelire mortuos ſuos. tu aūt vade ⁊ annuncia regnum dei. et hoc eſt xp̄m redimere. Quicūq3 eni fructuoſe verbū dei predicat lucrat fratrē ſuū ⁊ redimit in fratre xp̄m Math. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Sed mr̄. i. mūdus nō ꝑmittit hoie3 ſeq̄ xp̄m in paupꝑtate ſed ꝑmittit diuerſa ⁊ allegat. Nō poſſum viuere in abſtinētia ſi eligas viā penitētie vt ſequaris xp̄m. et ſic de multis q̄ homi ꝑponit ſed nō cōſenties ei. Uere mater iſta ceca ē ipſa dicit tibi. Fruamur bonis q̄ ſunt et vtamur creatura tanꝙ̄ in iuuētute celeriter. Sed cariſſime ſi tu es bonꝰ et gratus filiꝰ reſpōde ſic matri. i. mūdo. Pater meꝰ eſt principalis cauſa generatōnis mee. i. aīe ⁊ omnia q̄ habeo ad eiꝰ volūtatē ſunt. ſed mater eſt cauſa ſecundaria. i. patiens hoc eſt diuitie et ſuperbia huiꝰ mūdi. Cōſulo vt nō expectes ſenectute3 in penā ⁊ cecitatē q2 in ſenectute mūdus relinquet te tu nō mundū ſi diuitiis poſſis ſeruire ſibi ipſe te retinere3 Studeamꝰ ergo cū omi diligētia vita3 noſtrā emēdare ꝙ poterimꝰ ad vitā eternam peruenire. Ad quā nos ꝑducat deus qui viuit. ⁊c.

De vita ſancti Allexij filij Eufemiani imperatoris.

Capitulum. xv.

q Uidam imperator erat in cuiꝰ impio ſc3 in ciuitate romana fuit quidā iuuenis noīe Allexius filius eufemiani nobiliſſimi romani ⁊ in aula impatoris primꝰ Cui tria milia puerorum aſſiſtebāt ⁊ zonis aureis cingebant ⁊ veſtimētis ſericis induebant. Erat aūt p̄dictus Eufemianꝰ valde miſericors ⁊ ſingulis diebꝫ in domo ſua tres mēſe paupibus. orphanis peregrinis ⁊ viduis parabāt quibꝫ ſtrenue ſeruiebat. ⁊ hora nona ipē cū viris

religioſis cibū in timore dñi capiebat Cui vxor nomīe abael eiuſdē religiōis ac ꝓpoſiti erat. Cum aūt filiū nō hrēnt ad pces tñ ſuas dñs ꝯtulit eis filiū poſt quē ipſi deīceps i caſtitate viuere firmauerūt. Tradit᷑ igit᷑ puer liberalibꝫ diſciplinis imbuend⁹ cū oībꝫ pħie artibꝫ ipe floreret. ⁊ iam ad pubertē etatem veniēs puella d domo impiali eligit᷑ et ei in cōiugem copulat᷑. Uenit nox in q̄ cū ſponſa ſuſcepit ſecreta ſilentia. tūc ſctūs iuuenis ſponſaȝ ſuā cepit in dei timore inſtruere/ac ipſam ad v̄ginitatē ꝓuocare pudorem. deinde anulū ſuū aureū. ⁊ caput baltei quo cingebat᷑ ſibi ꝯuādū tradidit dicens. Suſcipe hec ⁊ ſerua donec deo placuerit. ⁊ dñs ſit inter nos. Poſt hec de ſubſtātia ſua accipiens ad mare diſceſſit. Aſcendenſqꝫ occulte nauim laodiciam vſqꝫ aduenit. inde pgens in ediſſam ciuitatem ſyrie ꝓfect⁹ eſt. Ubi ymago dñi nr̄i ieſu xp̄i ſine hūano ope facta in ſyndone hēbat᷑. Quo pueniēs oīa q̄ ſecū detulerat paupibꝫ diſtribuit ⁊ veſtimēta vilia induens cū ceterꝫ pauperibꝫ in atrio dei genitricē marie ſedere cepit/et de elemoſinis q̄ntū ſibi ſufficere poterat/ſibi retinebat. cetera vero alijs paupibꝫ erogabat. Et pr̄ deceſſum filij ingemiſcens/p vniuerſas mūdi partes pueros ſuos miſit q̄ eū inq̄rerēt diligenter. Quoꝝ duȝ aliq̄ ad ciuitatem ediſſaȝ pueniſſent ab eo cogniti mīme eum cogſcentes eidem cū ceterꝫ paupibus elemoſinas tribuerūt. q̄s ille accipiens deo grās egit dicens. Grās ago tibi dñe. q2 a ſuis meis elemoſinaȝ recipere me feciſti. Reuerſi pueri nunciant qꝫ nuſqꝫ reperiri valeat. Pater igit᷑ ſua a die receſſus ſui ſaccū i pauimēto cubil᷑ ſtatuit. vbi eiulās lamētabiles voces dabat dicens. Hic ſp in luctu manebo/donec filiū meū recupauero. Spōſa vo ad ſocꝝ ſuū dixit. donec audiā de ſpōſo meo dulciſſimo/ad inſtar turturis manebo tecum. Cum g̃ alexius in pdicto atrio. xvij. annis in ſuitio dei permanſiſſet. imago tandeȝ beate v̄gīs q̄ ibideȝ erat cuſtodi ecclīe dixit Fac introire hominem dei q2 dign⁹ eſt regno celoꝝ ⁊ ſpiritus dei requieſcit ſup eū. Nam orātō eius ſic incenſuȝ in ꝯſpectu dei aſcendit Cū aūt cuſtos de quo diceret ignoraret iteꝝ dixit ei. Ille q̄ ſedet foris in atrio ipſe eſt. Tūc cuſtos feſtin⁹ exijt ⁊ ipſuȝ in eccleſiā duxit. Qđ factū cū cunctis innoteſceret ⁊ ab oībꝫ venerari cepiſſet hūanā gl'iam fugiens inde receſſit. Ibiqꝫ nauim aſcendens cū in tarſim ſicilie vellet pgere. diſpēſante deo nauis a ventoꝝ pulſatiōe in romanū portū deuenit Qđ cernens alexius ait intra ſe In domo pr̄is mei ignot⁹ manebo/ nec alteri oneroſus ero. Patrem vo a palacio redeuntem multitudīe obſeq̄ntiū circūdatum obuiū habuit/ac poſt eū clamare cepit. Serue dei me peregrinū in domo tua ſuſcipi iubeas ⁊ de micis menſe tue nutriri facias/vt tui quoqꝫ pegrini dñs dignet᷑ miſereri. Qđ audiens pr̄ ob amorē filij ſui eū ſuſcipi iuſſit ⁊ locū ꝓpriū in domo ſua tribuit/⁊ cibū de mēſa ſua ꝯſtituit/⁊ miniſtꝝ ꝓpriū delegauit Ipſe aūt in orōnibꝫ pſeuerabat et corpus ſuū ieiunijs macerabat. Famuli aūt dom⁹ ipm deridentes aq̄m vtēſiliū dom⁹ ſup caput eius freq̄nter fundebāt. ſȝ ipſe ad oīa valde patiēs erat. Alexi⁹ xvij annis in domo pr̄is eius ignot⁹ manebat. Uidens g̃ p ſpm̄ qꝫ terminus vite appropinq̄ret cartā cuȝ attramēto petijt et totū ordiem vite ſue ſcripſit. Dñica igit᷑ die poſt miſſaꝝ ſolennia in ſanctuario de celo vox intonuit dicens Uenite ad me oīs q̄ laborat̄ ⁊ onerati eſtis ⁊c. Qđ audientes oīs in facies ſuas ceciderūt. Et ecce vox ſcđo dicens Querite hoīem dei vt oret p roma Querentibus illis ⁊ mīme inuenientibꝫ iteꝝ dictum eſt. In domo eufemiani q̄rite Requiſit⁹ ille nihil ſe ſcire dicebat. Tunc impatores archadius ⁊ honori⁹ vna cū ſummo pontifice innocencio ad domuȝ pdicti viri venerūt. ⁊ ecce vox miniſtri allexij ad dñm ſuū venit dicens. Uidi domine ne ille pegrin⁹ nr̄ ſit q̄ magne vite et patientie hō eſt. Currens igit᷑ eufemian⁹ eū defunctū inuenit ⁊ vultū eius tanqꝫ vultū angeli rutilantē vidit. voluitqꝫ cartā quā in manu hēbat accipe

ſed nequiuit. Exeunte ḡ eo cum hoc im
peratoribꝰ ⁊ pontifici retuliſſet ⁊ illi ad
eum intraſſent dixerūt. Nos q̄uis pctōres ſu
mus/ gerimꝰ tñ regni gubernacula ⁊ ha
bemus curā vniuerſalem regiminis paſto
ralis. Da ḡ nobis cartā vt ſciamꝰ q̄ in
ea ſcripta ſunt. ⁊ accedēs pōtifex cartā
in manu ſumpſit ⁊ ſtatī dimiſit. fecitq;
eam legi corā omni pplo ⁊ multitudine
et prē eius. Eufemianꝰ hō audiēs nimio
timore ꝯturbatꝰ reſolutiſq; viribꝰ ī ter
ram cecidit. Cū vō ad ſe aliq̄ntulū re
diſſet. veſtimēta ſua ſcidit. cepitq; canos
capitꝭ ſui euellere barbā trahere atq; ſe
metipm diſcerpere ac ſup filiū ſuū cor
ruens exclamauit. Heu me fili mi q̄re
ſic me ꝯtriſtaſti. ⁊ ꝑ tot ānos dolores et
gemitus ac ſuſpiria incurriſti. Heu me
miſerrimū. qꝛ video te cuſtodē ſenectu
tis mee in grabato iacentē ⁊ non mihi
loq̄ntē. Heu me q̄lem de cetero cōſola
tionē hr̄e potero. Mater vō hō audiens
q̄ſi leena rūpens rete. ita ſciſſis veſtimē
tis coma diſſoluta ad celū oculos leua
bat. et cū pre nimia multitudie ad ſctm̄
corpꝰ adire nō poſſet. clamauit dicens
Date mihi aditum vt videā ꝯſolatōem
anime mee q̄ ſuxit vbera mea. ⁊ cum ꝑ
ueniſſ ad corpꝰ incūbens ſup iſtud cla
mabat. Heu me fili mi cariſſime/ lumē
oculoꝝ meoꝝ q̄re ſic nobis feciſti. q̄re tā
crudelr̄ nobiſcū egiſti. Videbas prēm
tuū ⁊ me miſerā lacrimātes. ⁊ nō oſnde
bas teipm nobis ſerui tui iniuriabanꝭ
tibi ⁊ ſuſtinebas. Et iterꝝ atq; iterꝝ pro
ſternebat ſe ſup corpꝰ. et nunc brachia
ſup illud extendebat nūc aūt mābꝰ vul
tū angelicū ꝯtrectabat ⁊ oſculās clama
bat. Plorate mecū oīs q̄ adeſtis. q̄ per
xvij. ānos eū in domo mea habui ⁊ non
cognoui. qꝛ vnicꝰ meꝰ eſſ. Serui em̄ eiꝰ
cōuiciabanꝭ ei alapis eum ꝑcutiebant
Heu me q̄s dabit ocul' meis fontem la
crimaꝝ vt plangā die ac nocte dolorem
anīe mee. Sponſa vō eius induta veſte
adriatica cucurrit plorās ⁊ dicens Heu
me qꝛ hodie deſolata ſum ⁊ appareo vi
dua. iā non habeo in quē ꝓſpiciā. nec in
quē oculos meos leuē. nūc raptū eſt ſpe
culum meū. perijt ſpes mea. āmodo ince
pit dolor q̄ finē nō habet. ppl's aūt audi
ens hec lacrimabilr̄ flebat. Tunc ponti
fex cū imꝑatoribꝰ poſuerūt corpꝰ in hono
rato feretro ⁊ duxerūt in ciuitatem me
dam. ⁊ nunciatū eſt pplo inuentum eſſe
hoiem dei quē ciuitas tota q̄rebat ⁊ oēs
obuiā currebant ſctō Si q̄s infirmꝰ illō
corpꝰ ſacratiſſimū tangebat ꝓtinꝰ cura
batur. Ceci viſum recipiebāt. Demo
niaci liberabanꝭ/ ⁊ oīs infirmi a q̄cun
q; infirmitate detenti tacto corpe cura
banꝭ. Imꝑatores tanta miracula vidē
tes ceperūt ꝑ ſe cū pontifice lectū porta
re. vt ⁊ ipi ſctificarenꝭ ab eodem corpe
ſancto. Tunc imꝑatores iuſſerūt copiā
auri ⁊ argenti in plateis ſpargi vt tur
be occuparenꝭ amore pecuniaꝝ ⁊ ſinerēt
corpus ſctm̄ ꝑduci ad eccleſiā. ſ; plebs
amore pecuniaꝝ depoſito magis ac ma
gis ad tactū ſanctiſſimi corporis irrue
bat ⁊ ſic cū magno labore ad templum
ſancti bonifacij martirꝭ tandē ipm ꝑdu
xerunt. et illic per ſeptē dies in laudibꝰ
dei ꝑſiſtentes opati ſunt monumētū ex
auro ⁊ gēmis p̄cioſiſq; lapidibꝰ. in quo
ſanctiſſimū corpꝰ cū magna veneratiōe
collocauerūt. De ipo quoq; monumēto
ita ſuauiſſimꝰ odor flagrauit vt oībꝰ vi
derenꝭ aromatibꝰ plenū Obijt circa an
num dñi. cccxxviij.

Moraliſatio.

Ariſſimi. Eufemianꝰ iſte pōt
dici quilibet hō mūdanꝰ q̄ habz
filium quē miro mō diligit. et
quem ſtudet die ac nocte ꝓmouere. dat
ei vxorem. ſ. mundi vanitatē in q̄ dele
ctetur ſicut ſponſus cū ſponſa. imo ſepiꝰ
magis delectanꝭ cum mūdi vanitate. q̄z
vir cum vxore. qꝛ ſepe ꝓpter mūdana hō
vitam ſuā amittit. Mater eſt mundus
iſte q̄ miro mō diligit filios mūdanos
Sed filius bonꝰ ſicut beatꝰ alexius magꝭ
ſtudet deo placere ꝑ omia q̄z pentibus
et mundi vanitatibꝰ vt poterit illō me
reri quod dicitꝭ. Qui dimiſerit agꝝ aut
domum patrem aut mr̄em aut vxorem
ꝓpter me centuplū accipiet ⁊ vitā eter
nam poſſidebit. Alexius naui accepit
⁊c. Nauis iſta eſt ſctā eccl'ia ꝑ quā nos
oportet aſcendere ſi volumꝰ vitā eternā
obtinere. et veſtimēta precioſa. ſcilicet

ſeculi pompas deponere/et inter paupes id eſt humiles reſidere verbo ⁊ ope. Cuſtos q̄ eū ī eccleſiā introduxit eſt diſcretus ꝯfeſſor q̄ habꝫ pctōrem inſtruere ⁊ ad noticiā ſacre ſcripture ītroducere vt meliꝰ poterit a nociuis aīe p̄cauere. Sꝫ ſepe ventꝰ ſurgit ⁊ ducit hoīem ad patriā ꝓpriam. ſic fecit ſctō alexio. Ventꝰ iſte ē temptatō diabolica q̄ nitit̄ die ac nocte hoīem a bono ope impedire. Si g̊ ſentias te p aliquā temptatōem inuolutū. fac ſicut fecit ſcūs alexiꝰ. induas te forma pegrini. hoc eſt v̄tutes veri pegrini debes hr̄e vt nō poſſes a pr̄e carnali nec a mūdo aliter ꝯgnoſci/niſi ꝙ hō dei ſis Sed ſepe cū talis vitā pnīe eligit dolēt pntes ⁊ multū triſtant̄ cū viderit filios eoꝝ mūdū ſpernere/⁊ pauptatē ꝓ amore dei diligere. Sꝫ tutius eſt eos offendere ꝗꝫ viaꝫ pfectōis derelinq̄re. Quere g̊ cartam. i. teſtimoniū ꝯſcientie qδ deo fidelr̄ miniſtraſti. tūc venit ſummꝰ pontifex cū impatoribꝫ. i. xp̄s cū multitudine angeloꝝ/⁊ ducēt aīam tuam ad eccleſiā ſācti bonifacij. i. ad vitaꝫ eternā vbi abundat oīs bonitas. ſ. gaudiū.

De vita exemplari. Cap. xvi.

Egitur de quodam impatore romano ꝯſtruente ſibi baſilicam optimā ⁊ fodiens in fundamēto palacij inuenit ſarcophagū aureū tribus circulis circūdatū et ſup ſarcophagū talr̄ erat ſupſcriptio. Expendi. donaui. ſuaui. habui. habeo. perdidi. punior. primo qδ expēdi habui qδ donaui habeo. Impator cū hˀ audiſſ̄ ſatrapas imperij vocauit et ait. Ite et inter vos cōſulite q̄d iſta ſupſcriptio ſignificet. At illi. Dn̄e nihil aliud eſt ſuperſcriptō niſi iſtud. Erat vnꝰ impator ante te q̄ alijs exemplū dare volebat vt eius vitā ſeq̄rent̄. Expendi vitā meam recte iudicādo. alios regulando. meipm ſm rōem domando. Donaui militibus nccaria. paupibꝫ victualia. ⁊ vnicuiqꝫ ⁊ mihi ipſi ſm merita. ſuaui in oībus opibus iuſticiā. indigentibꝫ miſecordiam. opantibꝫ mercedē cōdignam habui cor largum ⁊ ſtabile/et vnicuiqꝫ mihi ſeruienti diuitias dare in nc̄itate et grām oībus omi tp̄e. Habeo manuꝫ ad donandū/ad ꝓtegendū/et manū ad puniēduꝫ. perdidi ſtulticiā. pdidi inimicoꝝ amiciciā. ⁊ pdidi carnis laſciuiam. punior iam in īferno. qꝛ nō credidi vni deo eterno. Punior heu qꝛ nō eſt redemptio. Impator cū hˀ audiſſ̄ et ꝯſ̄dui vixit magis prudenter ſeipm ⁊ alios regulabat. ⁊ ſic in pace vitam finiuit.

Moraliſatio

Cariſſimi. Impator iſte p̄t dici quilibet xp̄ianꝰ q̄ debet et tenet̄ conſtruere baſilicā. i. cor ſuū deo paratū vt eius voluntatē p oīa faciat ⁊ effodere cor ſuum p vitā contritōis. ⁊ ſic poterit ſarcophagū aureū inuenire. i. aīam deauratā v̄tutibꝫ plenā mediāte diuīa gr̄a. cum tribus circulis aureis. ſ. fide/ſpe ⁊ caritate circūdataꝫ. Quid g̊ erit inſcriptū. Certe primo expendi Sꝫ dic mihi cariſſime q̄d expēdiſti. Rn̄deat bonus xp̄ianus. Corpus ⁊ aīam in dei ſeruicio. Si q̄libet veſtꝝ ſic vitā expendit de magno p̄mio ī vita eterna ſecurꝰ erit. Scōm eſt ꝙ ſcribitur ſuaui. Dic mihi cariſſime q̄d ſuaſti. Rn̄deat bonꝰ xp̄ianus Cor ꝯtritū ⁊ humiliatū. ⁊ deo in oībus operibꝫ p̄patum ꝓ volūtate ſua ad faciēdū quicq̄d placet ei. Tertiū eſt qδ ſcribit̄ donaui Dic mihi cariſſime quid donaſti. Rn̄deat bonus xp̄ianꝰ. Dilectōnem deo ex toto corde ⁊ ex tota aīa ⁊ ex tota mente. ⁊ amorē ꝓximo ſm diuinū preceptū. In his duobꝫ pendet lex et ꝓphete. Quartū quod ſcribit̄ eſt habui. Dic mihi cariſſime q̄d habuiſti. Rn̄deat bonꝰ xp̄ianus ⁊ dicat Certe miſeram vitā. qꝛ in pctō ꝯceptus ⁊ in pctō originali natus/⁊ de vili materia plaſmatꝰ. Quintū qδ ſcribit̄ eſt habeo Dic mihi cariſſime/q̄d eſt qδ habes. Rn̄deat bonus xp̄ianꝰ Certe baptiſmū/⁊ factꝰ ſuꝫ chriſti miles vbi erā ſuꝰ diaboli p v̄tutes q̄s mihi deus dedit ī baptiſmo. Sextum qδ ſcribit̄ eſt pdidi. Dic mihi cariſſime. quid eſt quod pdidiſti. Certe dei grām. Rn̄deat bonꝰ xp̄ianus. oīa delicta q̄ ꝯtra dn̄m cōmiſi p pniam emēdaui. qꝛ penitentia mūdat nos a pctis.

promittit quilibȝ chriſtianus in baptiſmo deum ſecũ munde cuſtodire. Sed eſt aduertendũ de corpe iſtius pricipis ſcilicet dñi. ab illis q̃ ſub ſpecie panis digne debent ſumere ⁊ cuſtodire ex ꝓprietatibꝫ panis viſibilis attendãt. Eſt igitur hoſtia inſcripta vt ſic noteſ ꝙ oñs debent eſſe inſcripti qui ꝑ eucharistiam ſunt reficiendi. Illi aũt ſunt inſcripti in quoꝝ cordibꝫ ꝑ verã fidem inſcriptũ eſt nomen xp̄i vt a xp̄o dicanſ ꝓpiani. Vñ dicit dñs ꝑ hieremiã. Scribã legẽ meam in cordibꝫ eoꝝ. Prima aũt lex q̃ cum deo obligamur eſt fides. ſecunda ſpes. et tertia caritas. Item hoſtia poſt litteras circulũ cõtinet. in quo notatur eternitas q̃ nec principiũ nec finem hꝫ. Item hoſtia latitudinẽ habet q̃ caritatem figurat q̃ circunq̃ꝫ dilataſ. Item hoſtia eſt tenuis ⁊ ſicca. ꝑ q̃ notatur duplex abſtinẽtia. per tenuitatẽ ciboꝝ parcitas. ꝑ ſiccitatem ꝯ humidoꝝ ſupfluitatem ſobrietaſ. potatores aũt huiꝰ ſint ſobrij. Qui igiſ pane p̄dicto volũt refici ſint inſcripti ꝑ fidem. circulum hñtes per eternoꝝ cõtemplationẽ / dilatati ꝑ caritatẽ. Item hoſtia eſt alba. ſic ⁊ nos contra luxuriã. Item eſt leuis. ſic ⁊ nos contra accidiã. Item modica. id eſt humilis contra ſupbiam. Si autem tales ſumus. tunc panem noſtꝝ quotidianuȝ nobis ad vtilitatẽ nrãm dari petimus. Alioq̃n non ꝓ nobis ſed cõtra nos eſt. Quoniã dicit apl' s p̄ma ad Corinth. xi. Qui mãducat indigne / iudiciũ ſibi manducat. Item hoſtia eſt azima ſine fermento ꝯ amaritudinẽ inuidie q̃ ſpiritualiter nequicia diciſ. Vñ apl's pria ad Corinth. xi. Epulemur nõ in fermẽto malicie ⁊ nequicie. ſed in azimis ſinceritatis et veritatis. Item frumẽticea eſt et hoc contra iram. Granũ enim frumenti leue eſt et planũ ſine aſperitate. ita ꝙ ꝓpter ſuam aſperitatẽ vix aliq̃s eum tangere audeat. Item hoſtia ẽ impermixta ⁊ vniformis. ⁊ hoc ꝯ cupiditatem ⁊ auariciam. Item rotunda cõtra accidiã. Sicut enim panis naturalis p̄ ceteris cibis corpus reficit ⁊ ſuſtentat et vinum p̄ ceterꝭ potibꝫ hoiem letificat et inebriat. ſic caro chriſti pre ceterꝭ interiorẽ hoiem reficit ⁊ ſaginat ⁊ ſanguis p̄ ceterꝭ letificat. ⁊ ſic inebriat vt ſobriũ reddat. Unde pſalmiſta. Calix meus inebrians q̃ȝ preclarus eſt. Item panis eſt cibus generalis. ⁊ vinum potus vſualis omnibus et omni tempe. Sic chriſtus ſe in cibum omnibus fidelibꝫ et omni tempore exhibet paupibus et diuitibus ſine acceptione. ꝓpter quod ⁊ panis quotidianus dicitur. Itẽ panis ſicut dicunt philoſophi / p̄cipue habet virtutẽ nutriendi cuius ſignũ eſt qꝛ eiuſ comeſtio non parit faſtidiũ comedendi. Sic eſt panis chriſti. de quo Eccl. xxiiij. Qui edunt me adhuc eſurient. Item ſicut panis triticeus eſt cibus adultorũ non paruuloꝝ. ſicut dicit apl'us. ita corpus chriſti eſt cibus ſpiritualis eorum qui creuerũt in fide ⁊ virtutibꝫ. Deinde queriſ quõ panis xp̄i põt conuerti in corpꝰ chriſti. Ecce ratio eſt nutrix que nutrit pueꝝ. Si nutrix famẽ pateretur et lacte careret puer inediã ſuſtineret vel cito deficeret. Si võ in tanta penuria dentur ei feces ad bibendũ ille feces ꝑ os ꝓtate mutanſ in ſanguinem ad robur mulieris / et in lac ad nutriendum puerum. Et ſi hoc facit natura in muliere / quanto magis virtus ſupna. naturam in ſacramẽto altaris per os ſacerdotis loti. id eſt chriſti per verba de ore exeuntia. mutatur panis ĩ carnem et vinum in ſanguinẽ. Sed de indigne ſumentibꝫ poteſt dici illud Gen̄. Fera peſſima deuorauit filiũ meũ. Pſal. Os peccatoris ⁊ doloſi ſup me apertum eſt. Vinum eſt ſanabile homini ſano vel infirmatiuũ homi egroto. imo poterit eſſe cauſa mortis. Eodem modo corpꝰ chriſti anime ſane eſt vita. anime peccatrici eſt mors. Item pcuſſi ſunt de bethſamitis ſeptuaginta viri famoſi ⁊ duo milia plebis / eo ꝙ vidiſſent archã nudam. Et poteſt dici ꝙ nõ peccarunt videndo quibꝫ non erat ꝓhibitũ videre. Videamus ergo ⁊ munde ⁊ honeſte cuſtodiamus corpus pricipis. id eſt chriſti. Secundũ miniſteriũ quod promiſimꝰ eſt vigilare in bonis operibus quando aliꝗ

dormiunt in peccatis ſicut ſcriptum eſt. Vigilate quia neſcitis qua hora fili⁹ hominis veniet. Et paulus dicit ad Eph. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis et illuminabit te chriſtus. Vñ chariſſimi debetis ſcire ꝙ viatores aliq̄ ſurgūt ad primū gallicātū. aliqui ad ſecūdum. ⁊ aliqui ad tertium. et aliqui ad aurorā quando pulli clamant ⁊ dicunt. Nō eſt amplius dormiendū. Ecce pulli clamāt ſurgamus. Primi galli fuerunt prophete qui ſuſtexerūt vt chriſtū in carne viderent et non viderunt. Secundi galli ſunt apoſtoli ⁊ euangeliſte qui chriſtum viderunt. Tertij galli ſunt predicatores et alij qui verbū dei predicant. Iſti ſunt pulli qui clamant et dicunt. Surgite vigilate ſicut domino promiſiſtis in bonis operibus. dormite quando alij vigilant hoc eſt a peccatis ceſſate quando alij in malis operibus vigilant. ſicut latrones fures ⁊ luxurioſi. Vigilate i eſtate id eſt cum vita noſtra fuerit in corpore et prouideatis om̄ia neceſſaria pro animabꝫ veſtris vt cū hyems mortis aduenerit poteritis cum domino feliciter requieſcere. Tertiū miſteriū eſt guſtare bonū potū. Pot⁹ iſte eſt penitentia ſiue martiriū pro dei amore. Vñ ſaluator. Mat. Poteſtis bibere calicē quem ego biturus ſum. At illi. Poſſumus. ſcꝫ. calicem penitentie aut martyrij. Fuit bonum. tēpore ſuo acetum. i. bonum erat ſanctis ī celo qui in hoc mundo vixerunt qui penitentiā fecerunt carnē ſuam domabāt et ideo in celo iam regnant. Eſt bonū vinum. ſ. hoc eſt dictū. bonum eſt nobis vt penitentiā agamus per quā poterim⁹ ad eternam gloriā peruenire. Erit bonū ſcꝫ quando caro cum ſpiritu in die iudicij reſurget et vitā eternā intrabit. Dominus habet vnam tabernā de optimo vino. ſcꝫ celeſte gaudium. et ſignum pulcrum ante tabernā. ſ. crucem. ſed quando ita eſt ꝙ multitudo ementium ꝯfluit tunc tabernarius care vendit vinum. et quando ceſſant emendi venientes. tūc oportet ꝙ vendat pro leui precio. vel ꝙ retineat omnino ſibi. Domin⁹ vero poſt reſurrectionē ſuam cōmunicauit vinū ſuū mittendo ſpiritum ſanctū. ⁊ tunc cōfluxerunt euntes cateruatim ſcꝫ per p̄dicationem apoſtoloꝝ et aliorum ſanctorū conuerſi ſunt ad fidem. et tunc tabernarius. i. dominus noſter ieſus chriſtus care vendidit vinum ſuum. i. gloriā p̄adiſi Nōne petrus qui crucifixus fuerat valde care emit illud vinum. et paul⁹ ⁊ laurenti⁹ ceteriq̄ martires qui morti tradiderunt corpa ſua pro fide chriſti ſuſtinēda et multiplicanda. Sed modo ceſſat multitudo ementium ⁊ ideo oportet ꝙ xp̄s pro leui precio vendat gloriā ſuā vel omnino retinebit ſibi. Et ideo guſtemus in preſenti vita potum penitentie vt perueniamus ad brauiū vite eterne

Quartum miniſterium eſt inuitare homines ad conuiuium. Ille inuitabat inimicos ⁊c. Sic quilibet noſtrū tenetur inuitare inimicos ad chriſti vitam eternam. Iuxta illud. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores. Sic tu debes per bona exempla et bona opera peccatorē inſtruere et deo reconciliari. Sed aliq̄ peccatores ſūt lapides molares qui nō poterunt de leui moueri imo ſunt quaſi cathenati. ſicut herodes miſit petrum ī carcerem. ⁊ in ipa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus duabꝫ cathenis et cuſtodes ante hoſtiū caſtodiebant carcerem. Actuū. xij. Dormitio petri poteſt figurare dormitiōē peccatoris in peccati conſuetudine. duo milites poſſunt dici mors ⁊ dyabolus. quia mors inſidiatur vite et diabolus anime due cathene ſunt voluptates carnales ⁊ vanitates tꝑales. Cuſtodes poſſūt dici ſpes leuioris venie ⁊ p̄ſumptio longioris vite ⁊ qñ dyabol⁹ ſic tenet pctōrē. tūc habet eū in pace. Idō cū ſūma cuſtodia laborandū ē verbo ⁊ ope tales ad ꝯuiuiū eternū inuitare. Quītū miſteriū eſt ignē facere ſine fumo. Ignis iſte ē caritas quā q̄libet tenet habere ſi deſiderat vitā etnā obtinere. ⁊ h̄ ſine fumo iracūdie vt aliō nō oſtdas ī ore q̄ſ ſit ī corde. Sic m̄lti dicūt ſe aliquos diligere ⁊ odiū h̄nt ī corde. Iſta nō ē vera caritas ſꝫ ē ignis plen⁹ fumo. Vñ oportet odiū ex corde expellere. In figura hnius dicit ſm Plinius

Eſt quidaʒ piſcis qui tranſglutit hami partes interiores ſcilicet omnia interiora ſua foras ꝓ os euomit donec hamus exeat. et deinde reducit ad loca ſua. ſꝫ ſic videt̉ pctō2 irā vel odiū ſiue aliqͦd peccatū cū incidit tanq̄ȝ hamū tranſglutire. Eccl. ix. Sicut piſces capiūt̉ hamo ⁊ ſic auis cōprehendit̉ laqueo. ſic capiunt̉ homines tpe malo. Debet ḡ tūc ꝓ os oīa interiora deijcere donec exeat ham᷒. odium. ſ. vel peccatū aliud. quia omnia interiora reuelanda ſunt. ſcꝫ per confeſſionē donec perfecte liberetur a peccato ⁊ tunc poterit ignem ſine fumo preparare. per quem deus erit calefactus. ſ. contentus Sextum miniſterium eſt docere homīeſ viam verſus terraȝ ſanctā. ſ. celum. ſꝫ ad celum oportet per mare tranſire. Mare dicitur mundus iſte propter multas rationes. Primo quia ſicut in mare eſt cōflictus ventorū ita et in mundo cōflict᷒ eſt multiplex bellorū. Item ſicut in mari eſt tempeſtas fluctuū, ita et in mūdo inundatio aduerſitatū. Itē ſicut in mari eſt amaritudo aquarum. ita ⁊ in mundo amaritudo viciorum et ſicut in mari profunditas aquarum. ita et in mundo profunditas miſeriarum Et ſicut in mari beluarū eſt immanitas. ita ⁊ in mundo principum ſeueritas. Itē oportꝫ ꝓpter iſta pericula et multa alia ꝑtrāſire per nauē. tamen ſolent homines propter quatuor nauem aſcendere. Primo propter diluuium Gen. ix. ſic nos debemus propter diluuium viciorū. Unde Oſee iiij. Mendaciū maledictū homicidium et furtum ⁊ adulterium inundauerunt ⁊ ſanguis ſanguinē tetigit propter qͦd lucebit tibi infern᷒ ⁊ omnia que habitāt in eo. ⁊ ideo neceſſe eſt nobis nauē aſcēdere bone vite. Secundo aſcenditur nauis ad transfretandū. Math. ix. Aſcendit ieſus ⁊ transfretauit. ſic et nos ſi volumus in ciuitatē venire. non habemus hic manentē ciuitatem. ideo neceſſe eſt nauē aſcendere. Stult᷒ eſt qui debet mare tranſire per nauem et non vult nauē aſcendere. Stultus eſt qui habet tēpus congruuȝ ⁊ differt quia a mane vſqꝫ ad veſpam immutabit̉. Stulti aūt ſūt nautis clamantib᷒ intrate qui tunc differt Tertio aſcendit̉ nauis ad mercandum Prouerb. vlti. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. ⁊ anima ſancta ē quaſi nauis bona que abūdat i terris. ſ. que ſunt gemitus. ſuſpirium. paupertas. humilitas. caritas que bona venit dominus noſter ieſus chriſt᷒ querere i terra noſtra. Et qn̄ anima noſtra ſic onerata venit ad portū optime recipitur a dn̄o terre. ⁊ bonis acceptꝫ onerat illā nauē, bonis patrie. ſ. honore ⁊ diuicijs. Quarto aſcendit̉ nauis ad piſcandum ſicut petrus. ſic debemus aſcendere nauē ad piſcanduȝ peccatores de aqua peccatorū attrahendo eos bonis operibus et exemplis Cauendum tamē nobis eſt ne ſi nimis lucro aliorꝫ intēdamus ⁊ negligentes noſmetipſos ſubmergam᷒ ſicut cōtingit aliqn̄do piſcatorib᷒ ſed ſunt multi nō piſcatores ſed ꝑdoneſ qui ſubmerſos querunt nō vt eos eripiant ſed vt veſtes querant ⁊ qͦd peius ē homines nauigātes ꝑpter ſpolia. ſubmergūt iſti etiā aliqn̄ ſūt qui nauē dei regēdam recipiūt. Unde eſt notandū ꝙ ad ſaluationē nauis in magna tempeſtate. alius nauē exonerat. alius aquā exhaurit. alius anchorā iacit. alius velū deponit. alius gubernaculū tenet. alius nauigando vndas ſuas ſeꝑat ⁊ ita nullus ē ocioſus ſed quilibet de ſua ſalute ſolicitus. et ſic nauis ſaluat̉ ⁊ non perit. Iſta ſpiritualiter ad temptationis euaſiōeꝫ debent hic fieri ⁊ ſic ſaluabitur a periculo mortis eterne Sed qui in aliquo iſtorꝫ negligens fuerit peribit. Un̄ paulus ad Thimo. i. Qui volūt diuites fieri incidūt in laqueū ꝑ temptatiōem in interitum ⁊ ꝑditōꝫ. Si ergo vis ſaluari exonera cor tuū diuitijs q̄ ſūt valde graue on᷒ Secūdo humilitas anime nauē exhaurit aquā peccati lingue euacuatorie eijciendo. Iuxta illud Hiere. Effunde ſicut aquā cor tuū Tertio rupturas obſtruit q̄ eni timet nihil negligit Hic obſtruit foramina ſenſuū ꝑ que abſcōditur morſ Iſte aūt timor oritur ex conſideratione Diuine potentie ⁊ iuſticia iudicis. ex defectu aduocati vel teſtimonij et ex multitudine accuſantiū. Un̄ Iob. ix. Si for

tituďo quietiſ robuſtus eſt. ſi eq̃tas iudi-
cij nemo audet ꝓ me teſtimõiũ reddere
ſi iuſtificare me voluero os meũ cõdem-
nat me i ꝯſciẽtia q̃ ſp̄ loq̃tur. Quarto
ſpes anchorã iacit. Quĩto patiẽtia velũ
deponit. Sexto prudẽtia regit guberna-
culũ vt recte funẽ dirigit. Septĩo iuſti-
cia vndas ſepat. Nauis ẽ aĩa ſctã cꝰ mer-
ces ſũt opa caritat. funes diuina p̄ce-
pta. Malꝰ patiẽtia velũ pſeuerãtia an-
chora fides remꝰ gubernaculũ caritatis
gubernator ſpũſſcũs. naute ducẽtes na-
uẽ exẽpla ſctõꝝ. De tali naui ſcribitur
Prouerb. xxxi. Facta eſt quaſi nauis iſti-
toris i qua ſunt oĩa iſta. Nauis iſta por-
tat poma. i. opa ſctã redolẽtia corã deo ⁊
hoĩbꝫ ꝺ q̃bꝫ debes facere exeniũ ipi deo
Et ſic poma danſ pꝰ pradiũ in delectati-
onẽ ⁊ in ſolaciũ. ita fructꝰ ⁊ fruitio bonoꝝ
opeꝝ dabiſ nobis in celo pꝰ hãc vitã. In
mari. ſ. in mũdo ẽ rupes magna. ſ. corpꝰ
hũanũ ex q̃tuor elemẽtis cõpoſitũ et in
iſto corpe eſt nidꝰ. ſ. cor humanũ in quo
corde auis ſcꝫ ſpũſſanctꝰ ꝑ virtutẽ baptiſ-
mi reſidet qui cõtinue habet ſeptẽ oua
ſ. ſeptẽ dona ſpũſſcti. q̃ꝫdiu auis iſta ſcꝫ
ſpũſſanctꝰ in corde tuo reſidet ſecure trã-
ſire poteris ad terrã ſanctã. i. ad vitam
eternã. Sꝫ ſi cõtingit auẽ ꝑ pctm̃ extra
nidũ volare. mare. i. mũdus dyabolꝰ ca-
ro ꝓpria erunt ꝯtra te ⁊ ſurgẽt tempeſta-
tes graues quas euadere nõ potes. ⁊ iõ
oportet te cor tuũ bñ ⁊ mũde p̄ꝑare ad
modũ domꝰ materialſ. de domo tolliſ fuli-
go ꝑ quã ſignificaſ amaritudo peccati
q̃ tolli debet. Itẽ tollẽdus eſt puluis. i.
amor terrenoꝝ i quo maxime nutriũſ pu-
lices. i. ſupbi ſaltãtes. Itẽ mulier mun-
dans domũ purgat ⁊ ꝯgregat pulueres
⁊ poſt eicet ꝑ oſtiũ ⁊ poſt areã munda-
tam apponit aquã. ⁊ tandẽ ſacramẽtum
ſic volẽſ mũdare domũ. i. cor ꝯgregat pul-
uerẽ cogitãdo oĩa mala q̃ fecit ⁊ oĩa bona
que amiſit. poſt emittat ꝑ plenam cõfeſ-
ſioneꝫ apponat aquã ꝑ lacrimarum effu-
ſionẽ. Ornet domũ ſacramẽto ꝑ dignaꝫ
ſatiſfactiõeꝫ ⁊ ſic in domo bene p̄ꝑata li-
benter hoſpitabiſ dñs. Vñ videmꝰ ꝙ ex
aduentu boni hoſpitis tota domꝰ emũ-
datur. ſꝫ eo recedẽte nõ remanet ꝺ boniſ
eius in domo niſi fimus iumẽtoꝝ. Sic
ex aduentu dei ꝑ gratiã ſuſtẽtaſ corpꝰ et
anima. ſꝫ recedẽte gratia eiꝰ nõ remanet
niſi fumꝰ. i. tꝑalia qꝛ quãto plꝰ amplecti-
tur q̃s fumũ in brachijs tãto minꝰ hꝫ de
eo nec fortior efficiſ. ergo quãto q̃s plꝰ
amat diuitias ⁊c. Vñ Eccĩ. Qui amat
diuicias fructũ nõ accipiet ex eis. Ni-
hil peiꝰ q̃ꝫ amare pecuniã. auis q̃ ẽ inimi-
ca eſt dyabolus. q̃ circuit querẽs quẽ de-
uoret q̃ die ac nocte nitiſ ſpũm ſanctũ a
cordibꝫ nr̃is expellere ꝑ peccatũ. Si ve-
lis ſpiritũ ſcm̃ tecũ habere fac ſic̃ fec̃ gui-
do. Aſpergas nidũ cũ ſangĩe agni. i. ſem-
per debes habere recentẽ memoriã in cor-
de tuo de chriſti paſſiõe quã ꝓpter te ſu-
ſtinuit. ⁊ ſic auis inimica. i. dyabolꝰ ſine
dubio nõ audebit ad te appropiquare. ⁊
ꝑ conſequẽs ſpũſſanctus remanebit in
te ⁊ poteris ſecure ad terrã ſanctaꝫ. i. ad
vitã eternã ꝑuenire. Ad quã ⁊c̃

Item omne peccatũ q̃ꝫuis p̄deſtina-
torie grauiſſimũ niſi deſperatiõis bara-
tro ſubiaceat eſt remiſſibile.

Capitulum. xviij

q Vidam miles
erat noĩe Julianꝰ q̃ vtrũq̃ꝫ parẽ-
tem neſciẽs occidit. Cũ enĩ iulianꝰ iſte
nobilis ac iuuenis quadã die venatiõi
inſiſteret et quẽdã ceruũ repertum inſe-
queref ſubito ceruus verſus eũ ſe vertit
atq̃ꝫ dixit. Tu me inſequeris q̃ patris
et matris tue occiſor eris. Qꝺ ille audi-
ens vehemẽter extimuit ne forte ſibi cõ-
tingeret qꝺ a ceruo audierat. Relictis
omnibus clam deceſſit ⁊ ad regionẽ val-
de remotã peruenit. ibiq̃ꝫ cuidã p̄cipi
adheſit. Ille vero tam ſtrenue vbiq̃ꝫ tã
in bello q̃ꝫ in pallacio ſe habuit. ꝙ prin-
ceps militem eum fecit et quandam ca-
ſtellanam viduam in coniugem ei tra-
didit et caſtellum pro dote accepit.
Tunc parentes Juliani pro amiſſiõe
filij nimium dolentes vagabũdi vbiq̃ꝫ
ꝑgebãt ⁊ filium ſuum ſolicite querebãt
Tandem ad caſtrũ vbi Julianus pre-
erat venerunt quos cũ vxor Juliani vi-
debat et Julianus nõ affuerat quinam
eſſent inquiſiſſet ⁊ illi omnia q̃ filio ſuo

acciderāt ei narraſſent. intellexit ꝙ parē-
tes viri ſui eſſent vtpote que hec a viro
ſuo frequenter forte audierat. Ipſos igi
tur benigne ſuſcepit ⁊ pro amore viri ſui
lectū ſuū eis dimiſit ⁊ ipſa ſibi lectū ali
bi ꝑparabat Facto aūt mane caſtellana ad
eccleſiā perrexit. ⁊ ecce iulianꝰ mane ve-
niēs in talamū q̄ſi excitatꝰ ad vxorē ſuā
intrauit. duos pariter dormiētes inuenit
vxorē cū adultero ſuſpicatꝰ, ſilenter ex-
tracto gladio ambos pariter interemit. Exi
ens aūt domū vidit vxorē ab eccleſia re
deūtē et admiratꝰ interrogauit. q̄nam
eſſent illi qui in lecto ſuo dormirent. At
illa ait. Parentes veſtri ſūt qui vos di-
utiſſime queſierūt ⁊ eos in noſtro thala
mo collocaui. Quod illi audiens pene
exanimis effectꝰ amariſſime cepit flere
et dicere. Heu miſer quid faciā q2 dul-
ciſſimos parentes meos occidi. Et ecce
impletū eſt verbum cerui. qd̄ dum vita
re volui miſerrimꝰ adimpleui Iā nunc
vale dulciſſima ſoror quia de cetero nō
quieſcam donec ſciam ꝙ deus penitētiā
meam acceperit. Cui illa. Abſit dulciſ
ſime frater vt me deſeras ⁊ ſine me abe
as ſed que fui tecum particeps gaudij.
ero particeps et doloris. Tunc inſimul
recedentes iuxta quoddam magnū flu-
mē vbi multi periclitabant. quoddā ma
gnum hoſpitale ſtatuerunt vt ibi peni
tentiā facerēt. Et omnes q̄ vellēt flumē
tranſire inceſſanter trāſueherēt ⁊ hoſpi
cio vniuerſos paupes reciperent. Poſt
multum tempus media nocte dū iulia
nus feſſus quieſceret ⁊ gelu graue eſſet
audiuit vocē lamētabiliter clamātē ad
iulianum vt ſe traduceret voce lugubri
inuocātē. Qd̄ ille audiens concitꝰ ſur-
rexit ⁊ iam pre gelu ipſum deficiētem in
uenit ⁊ in domum ſuam portauit ⁊ ignē
accendit ⁊ ipſū calefacere ſtuduit. Et ca
lefieri nō potuit ⁊ ne ibi deficeret timēs
ipſū in lectū ſuū portauit ⁊ diligēter co
operuit Poſt paululū ille q̄ ſic infirmus ⁊
quaſi leproſus apparuit ſplēdidus ad ce
lum ſcandit ⁊ hec hoſpiti ſuo dixit. Iuli
ane dn̄s miſit me ad te mandās tibi ꝙ
tuā penitētiā acceptauit ⁊ ambo pꝰ mo
dicū in dn̄o requieſcetis. ſicq3 ille diſ-
paruit ⁊ iulianꝰ cū vxore ſua poſt modicū
plenus operibꝫ bonis ⁊ elemoſinis in dn̄o
requieuit.

Moraliſatio

Kariſſimi Iſte miles iulianꝰ pōt
dici quilibet chriſtianꝰ bonus ⁊
prelatus qui debet debellare viri
liter contra dyabolum mundum ⁊ carnē
et debet venationi inſiſtere. ſ. deo aīas
acq̄rere. ſequi ceruū. i. xp̄m. Vn̄ ps. Si
cut ceruus deſiderat ad fontes aquaꝝ ⁊c.
Si vero fideliter prelatus ſequitur xp̄m
audire potes ⁊ videre in ſacra ſcriptura
ꝙ debes parentes tuos occidere. i. ꝓpter
dei amorē illos ſimpliciter relinquere
Iuxta illud. Qui dimiſerit patrē ⁊ ma
trē propter me centuplū accipiet et vi
tam eternam poſſidebit. Miles iſte per
rexit in regionē lōginquā ⁊c. Sic prela
tus in regionem longinquā hoc eſt lon
ge tranſire debet a mundo ⁊ ab illis q̄ in
mundo ſunt ſancte ⁊ pure viuendo ⁊ ſer
uire principi ſcʒ chriſto ⁊ cū eo diuerſa
bella cōmittere contra dyabolū mundū
⁊ carnem. Chriſtus cū ꝑcepit ſic militē
ſuum triumphare dabit tibi vxorem ca
ſtellanā. ſ. gratiā ſuā que cuſtodiat ca
ſtrum cordis tui vt poteris deo ꝑ omnia
placere. Sed ſepius cōtingere videmꝰ
ꝙ parētes carnales ⁊ mundi vanitates
talē ſequūtur ipm ad malum inſtigādo et
ponuntur in cordis tui lecto te ꝓbare ſi
cut fecerat Iob. ſed reſiſtito fortiter ⁊ cū
gladio pnie eas deleas. vt dicit in figu
ra huiꝰ ꝙ abſolon ꝑſequens patrē per ca
pillos ſuſpenſus ē in quercu. ⁊ ioab infi
xit tres lanceas in corde ſuo. Quercus
iſta eſt ꝯcupiſcētia. Capilli carnalia deſi
deria. Vulnus trāſiens eſt caro moriēs
Ioab dyabolus tres lanceas. dū viuit
ſcʒ cogitationes operationes ⁊ ꝯſuetudi
nes infigit. ⁊ in morte tres anguſtias. ſ.
iram dei q̄ offendit. carētiā celi qd̄ ami
ſit. penam infernalē quā metuit Iſtos
parentes debes occidere gladio peniten
tie et poſt hec ad flumina ſacre ſcripture
pergere ⁊ ibi domum ſalutis erigere. ſcʒ
orationem ieiunium ⁊ elemoſinam per
petrare. ⁊ ſic per conſequens deū in lecto
cordis tui poteris requirere. et ad vitam
eternam peruenire. Ad quā. ⁊c.

De peccato ſuperbie. Capl'm .xix.

Egitur in ge/
ſtis romanoꝝ q erat quidam
princeps romanoꝝ noie pom
peyus. Hic duxerat filiã cuiuſdã nobil'
qui ceſar vocat'. Hic duo ꝯuenerũt inter
ſe q toti' orbis dominiũ ſuo impio ſub
iugarent. Accidit vt pompei' mitteret
ceſarẽ ad expugnãdũ plagas diuerſas
qꝛ iuuenis erat et ipm decuit laborare.
Ipſe aũt tanq̃ principal' ciuitatem ro
manã a plagis illis cuſtodiuit. pfixit tñ
ſibi terminũ redeundi ſub ſpacio q̃nq̃
annoꝝ qd ſi nõ faceret iure ſuo ppetuo
priuaret'. Ceſar aũt exercitũ collegit. ꝛ
ad illas ptes perrexit. inueniens hoies
bellicoſos quos nõ poterat in pfixo ter
mino ſupare. Valens pompeyũ offen
dere q̃ bellũ dimittere ex capite pprio
alienauit ſe aliis q̃nq̃ annis qd graui
ter portabat pompei' interdixit ſibi ciui
tatem romanã. ita q nõ auderet ad eũ
vlteri' appropinq̃re. Ceſar vo finito bel
lo iter arripuit verſus romam venit p
q̃ndã aquam cũ exercitu ſuo. que quidẽ
aqua vocabat' rubicon. ꝛ ibi apparuit ei
quedã ymago magna ſtãs in medio aq̃
et loq̃bat' ei dicens. Ceſar: ſi venias p
pace romana: liceat tibi vſq̃ huc veni
re. ſi autẽ non pſumas intrare. Cui ce
ſar rñdit. Semp militaui ꝛ parat' ſum
oms labores ſuſtinere p honore ꝛ cõmo
do ciuitat' romane ampliãdo. ꝛ ſemper
volo diis meis teſtibꝰ quos adoro. His
dictis imago diſparuit. Poſt hoc ſtati
ceſar pcuſſo dextrario flumẽ trãſiuit. ſꝫ
cum ptrãſito flumie ſtetiſſet ex alia par
te moratur. Hic pace temerata. qꝛ iura
reliquo. ꝛ ab illo die nõ ceſſauit pompey
um pſequi. ꝛ inq̃ntum potuit deſtruere
nitebatur.

Moraliſatio.

Kariſſimi. Per hunc ſenem pom
peiũ intelligit' deus creator oim
qui ſp fuit ab initio et erit ſine
fine. Per ceſarem intelligo adam q̃ fuit
princeps oim hominũ. cui' filiã. i. aiam
deo deſponſauit i fide. Oſee. ij. Deſpon
ſabo te mihi in fide. Deus igit' volens
pbare adam poſuit eum in padiſum vt
operaretur et cuſtodiret illud q̃ ſtati de
ſtatu ſuo ſupbiẽs volẽs ſue vxori place
re ꝛ dyabolo acq̃eſcere vnicũ pceptũ qd
deus ei dederat violabat. ppter qd deus
eum expulit nõ ſolũ de padiſo ſed etiã
de celeſti impio. Adã tñ ſperãs ſe poſſe
recupare qd pdiderat ad hoc poſtea inq̃n
tum potuit laborauit. ſꝫ vere attigere ñ
valebat vſq̃ ad aduẽtum dñi nři ieſu
xpi imaginis nři qui appuit baptiſat'
in aq̃s iordanis. dñs vero ꝛ ſaluator nř
dixit oibus nobis ad celũ tendere vo
lentibꝰ. Joh. iij. Niſi quis renat' fuerit
ex aq̃ et ſpũſcõ ꝛc. Multi aũt cũ veniũt
ad hanc aq̃m pmittunt corã teſtibꝰ deo
ſeruire ꝛ pctã vitare viril' ꝯ diabolũm
pugnare. ſed heu pchdolor et timeo ꝛ ti
mendũ eſt de multis q cum fecerũt vo
ta ſua obliuiſcunt' ꝛ pcepta cõtemnunt
ſicut abſalon. ij. Reg. poſtq̃ fuerit recõ
ciliatus patri ſui dauid occiderat frẽꝫ
ſuum. Videns q pr̃ ſ pnus erat ad con
ſtituendũ eum regem dixit pr̃i ſuo. vad
dam et reddã vota mea dño q̃ voui do
mino in ebron. Et dixit ei pr̃ ſu' Vade
in pace. Perrexitq̃ in ebrõ ꝛ ppl's cõſti
tuit eum regem. Ab illo die vſq̃ in di
em mortꝭ nõ ceſſauit pſequi pr̃em ſuũ
ſed ceſar ꝛ abſolõ interfecti ſũt a ſuis ſu
is. Eodem mõ mali xpiani nõ deſiſtunt
deum pr̃em pſequi p mala opa eoꝝ. iõ tra
dentur miniſtris gehennaꝝ quos time
bant ꝛ colebant. Sed attendite poſtq̃
abſolon occiderat frẽm ſuum fuit exal
tatus/ et ceſar poſtq̃ fregerat pceptum
pompei. ſed ioab faciens pacẽ inter ipꝫ
et patrem reduxit eũ. ſed videns hono
rem ſuum impugnauit pr̃em ꝛ colligẽs
ſibi gentẽ ꝯſtituit ſe regem. ſed in bello
ſuſpẽdit ſeipm p crines. Et ioab q̃ fece
rat pacem inter ipm et patrem infixit
tres lanceas in cor eius. Iſte abſolon ſi
gnat peccantem mortaliter qui occidit
fratrem ſuũ. i. aiam ſuam. Chriſtus aũt
fecit pacem. ſed multi reconciliati acci
piunt bellum ꝯtra deum. Et tunc venit
chriſtus qui pacem fecerat ꝛ figit tres
lanceas in cor peccatoris. Prima eſt ſe
paratio a deo. Secunda eſt maledictõ
Tertia eſt ignis eternus.

De miſeria ꝛ tribulatiōe. Ca.xx.

Onrad' regnauit/in cui' impio erat q̄dā comes nōīe leopold' q̄ irā regis metuēs cū vxore ſua in ſiluā fugiens in quodā tugurio latitabat In q̄ ſilua memorata dū ceſar conrad' venaret nocte ſupueniente in eodē tugurio ipm̄ oportuit hoſpitari Cui hoſpita pgnans vicina exiſtens ptui decenter vt potuit ſtrauit ꝛ neccaria miſtrauit. Eadem nocte mulier filiū pepit ꝛ ceſar vocē audiuit dicentē/accipe. accipe. accipe. Expgefact' ipſe a ſomno tot' q̄ʒ timid' ꝛ tremefactus ait intra ſe. Quid ſignat iſta vox accipe accipe accipe. Quid debeo accipe cogitabat et ſtati obdormiuit. Et ecce ſcda vice audiuit vocē dicentē ad ipm̄ redde. redde. redde. Ceſar expgefact' a ſōno ꝯtriſtat' ē valde ꝛ ait intra ſe. q̄d eſt h̄ Primo audiui accipe accipe accipe et nihil accepi. Modo dr̄ redde redde redde. q̄d debeo reddere ex quo nihil accepi. Ceſar iterū incepit dormire ꝛ ecce tertia vice audiuit vocem dicentē ſibi fuge fuge fuge. qm̄ hic puer primogenitus gener tuus erit. Ceſar vō cū talia audiuiſſ cōmota ſunt omia viſcera eius. Mane vō ſurgens duos armigeros ſuos ſecum ſecretarios ad ſe vocauit dicens. Ite puulū illum de manib̄ matris violēter auferte/ꝛ ipm̄ p mediū ſcindētes cor ei' mihi apportate. Cōtriti euntes de gremio mr̄is puerū rapuerūt. quē videntes elegantiſſime forme miſcdia moti ipm̄ ſup q̄ndam arboris ſupficiē ne a feris deuoraref/repoſuerūt. ꝛ leporē ſcindentes cor eius ceſari detulerūt. Eodem die dū quidā dux inde tranſiret ꝛ puerū vagientē audiret/ipm̄ in gremio ſuo priuatim nullo ſciente accepit. Et dum filiū nō hr̄et vxori attulit. ꝛ cū nutriri fecit. a ſe ꝛ vxore ſua genitum fingens. Henricū vocauit. Cū puer iam creuiſſ erat corpe pulcer nimis. ore facund' ꝛ oib̄ gratioſus. Quē cum tā decorū ꝛ prudentē vidit ceſar a pr̄e petijt et in curia ſua manere fec. Sʒ cū videret puerū oib̄ gratioſum ꝛ ab omib̄ cōmēdari dubitare cepit/ne poſt ſe regnaret. ꝛ ne iſte ſit quē occidi mandauerat. Volēs igit̄ eſſe ſecur' lr̄as manib̄ ſuis ſcriptas vxori dirigit in hunc modum Inq̄ntum eſt tibi cara vita tua mox vt iſtas lr̄as receperis puerū hunc necabiſ Dum vō pgens in q̄dam eccl'ia hoſpitatus fuiſſet ꝛ ſup bancum q̄ſceret/et burſa in q̄ erat lr̄a dependeret. ſacerdos curioſitate duct' burſaʒ aperuit ꝛ legēs ſcelus abhorruit ꝛ radens ſubtilr̄ vbi dicebatur puerū hunc necabis ſcripſit. Filiam nr̄am in vxorē ipi dabis. Cūq̄ʒ regina iſtas lr̄as legiſſet/et regis ſigillo munitas videret de māu impatoris ſcriptas eſſeq̄ʒ cog̊ſceret. ꝯuocatis principibus nuptias celebrauit ꝛ ſuā filiam eidem ī vxorē dedit. q̄ nuptie aquiſgrani celebrate ſunt. Dū aūt ceſari cōrado narraret q̄ ſolenniter nuptie filie ſue eſſent celebrate/ille obſtupuit. ꝛ cum a duob̄ armigeris ꝛ duce ꝛ ſacerdote veritatem cōpꝑiſſet/ordinationi dei reſiſtēdum non eſſe vidit. ꝛ ideo p puero mittens eum eſſe ſuum generū approbauit/et poſt in imperio regnare inſtituit.

Moraliſatio

Ariſſimi. Iſte iperator eſt de' pr̄ qui ꝓpter pcm̄ primi parentis iratus erat ꝛ eum a paradiſo expulit. q̄ fugiebat in ſiluam hui' mundi. ſed de' volens venari circa anīas miſit filiū ſuum in ſiluā hui' mundi qn̄ carnē aſſumpſit de ỽgine glorioſa ꝛ in nocte natus Rex qui audiuit vocem dicentem ſibi/accipe accipe accipe. pōt dici quilibet hō qui deberet eſſe rex ſuꝑ ſeipſius ad ſeipm̄ regendum quantum ad ſalutem corporis et anime ſue. Unde cuilibet noſtrū dictum eſt accipe ꝛc. Per primum debemus intelligere primo q̄ accepiſti animam ad dei ſilitudinē creatam. Per ſecundum accipe corpus cum quinq̄ʒ ſenſibus/et omnia quattuor elementa parata tibi ad miniſtrādum Per tertium accipe q̄ ſi fideliter deo miniſtraueris vitam eternam accipies. Cariſſimi/attendite diligenter ad hec tria accipe. Un̄ celum dicet tibi/que eſt prima vox miniſtro tibi lucem per dieʒ vt vigiles.

tenebras per noctē vt penſes. alterno tibi tp̄a vt varietates tollat. Terra dicet: te porto: te nutrio: te pane ꝯforto / ⁊ te vino letifico: diuerſis aīalibꝫ meſā tuā repleo. Aq̄ tibi dicet. Potū tibi p̄beo. ſordes tuas lauo. ⁊ diuerſa genera piſciū ad vſum tuū miniſtro. Aer dicꝫ. Vitalem ſtatū tibi p̄beo ⁊ oē gen⁹ auiū tibi mitto ad tuū obſequiū. Vox admonentis eſt mund⁹ cū dicit. Vide hō quō amaui te qui ꝓpter te fecit me. ſeruio tibi ⁊ factus ſum ꝓpter te vt tu ſuias illi qui fec̄ te et me ꝓpter te. Accipe benignitatem. redde caritatē: vox cōminantis eſt cum dicit ignis. A me combureris. Aqua a me ſubmergeris. Terra a me abſorberis. Infernus a me deglutiris. Secūda vox quā impator iſte audiuit trib⁹ vicibꝫ fuit. redde redde ⁊c̄. Quid reddere debes. Primo certe deo animā mundā quā deus ad ſuā ſilitudinē creauit / et p̄ eius paſſionē redemit. Per ſecundū redde Quid debes reddere. Certe diuina p̄cepta ſuando decimas oblationes: ⁊ totū corpus in eius ſeruicio voluntarie te offerendo. vt poteris dicere cum pſalmiſta. Reddam tibi vota q̄ diſtinxerūt labia mea: Per tertiū redde. intelligas q̄ deo debes reddere totū corpus tuū vt eum diligas toto corde tota anima tota mente vt ſis parat⁹ p̄ eius amore oīa patienter tolerare. Secundū eſt diligas ꝓximū tuū ſic teipm̄. Tertia vox fuge ⁊c̄. Per primū fuge. debes intelligere q̄ fugere debes dyabolū per opera miſcōie ⁊ hūilitatis. mūdum per paupertatē. carnē per ieiuniū ⁊ caſtitatem. Per ſecundū fuge / intelligas vt inq̄ntū poteris vitabis pctā. et ꝓpriam voluntatē et mundi vanitatē ⁊ ꝯſortiū maloꝝ. Per tertiū fuge itelligas q̄ fugere debes infernū ⁊ eius penā p̄ cōtritionem ⁊ confeſſionē ⁊ ſatiſfactōem. quia puer nat⁹ eſt nobis cui⁹ imperiū ſup humerū eius. Puerum iſtū ieſum chriſtū multi pſequūtur. ⁊ ipm̄ q̄ntū in eis eſt cum vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs occidūt. Sꝫ duo armigeri. ſ. potentia diuina: et ſua gratia a cordibꝫ talium pueꝝ ieſum rapiunt. quia puer ieſus nō libenter quieſcit niſi in loco mundo. Puer ieſus ponitur in arbore. ſ. in eccl'ia vbi dux bonus prelatus eum inueniet p̄ opera meritoria et nutrit munde. ſed homo miſer nō timens deū accipit eū in altari. et tūc poterit de eo dici qđ dicit̄ in geneſi de ioſeph. Fera peſſima deuorauit filiū meū id eſt chriſtum. Si vis g̊ tute ꝓcedere occide leporem. ſ. carnē tuā. i. carnales affectiōes p̄ orōnes ⁊ ieiuniū et elemoſinam. ⁊ ſic extrahe cor tuum vt puer ieſus poterit ſaluari ⁊ tecū manere. ⁊ filiam tuā. i. animā deſponſare. Sed ſepi⁹ contingit q̄ homo recidiuat. ⁊ lrās ſcribit manu ꝓpria ⁊c̄. Littere iſte ſunt cogitationes male ⁊ ꝑuerſe ad ꝑpetrandum mala p̄ que puer ille oīno a te extinguatur. et quoniā ſcribit vxori. id eſt carni appetendo gulā ⁊ luxuriā. ſed ſacerdos diſcretus. ſ. confeſſor atq3 p̄dicator debet aperire ſacram ſcripturā p̄ ſtilū iratum. id eſt mala opa mutare per pniām et tunc puer ieſus ſine dubio animā tuam deſponſabit. Ad quā deſponſatōem principes erunt vocati. ſ. v̄tutes cardinales. ⁊ ſic poteris cum xp̄o regnare.

De dolo ⁊ conſpiratione ⁊ cautela ipſis contraria.

Capitulum. xxi.

Iuſtin⁹ refert q̄ ciues lacedemonie ſimul cōſpirauerunt contra regē ſuum / ⁊ preualentes ꝯtra eum de ciuitate ſua eū indigne expulerūt et a toto regno. Accidit tunc tempis quia rex perſarū eandem moliebatur deſtruere ciuitatē cum magno exercitu ciuitatem obſedit. Rex autem expulſus ciuitatē ſuā q̄uis ingratam nō potuit non amare. ſed miſert⁹ ē eius. Cum aūt exploraſſet et didiciſſet machinationē regis perſaꝝ contra ciuitatem ſuam lacedemoniam. cogitauit quomō poſſet latenter et prudenter totam ymaginationē intimare ciuitati p̄dicte. Acceptis tabulis ſcripſit in eis totam ymaginatōem ⁊ vna cū hoc informationē ſpecialem quō poſſent reſiſtere et ciuitatem ꝯ eum defendere. ⁊ cum totum ſcripſiſſet qđ voluiſſet. ſuꝑliniuit

ſcripturam ſuã cera. et accepto nũcio fi de digno direxit eaſ ad magnates ciui tatis. ſed tabulis receptis et diligẽter in ſpectis nulla lr̃a apparebat. ſʒ tantũmõ cera plana. Queſtio inter omnes ſatrapas facta eſt de tabulis in cõmuni. vt vnuſ quiſqʒ diceret imaginationẽ ſuã q̃d eſſʒ de tabulis faciendũ. ſʒ nõ eſt inuẽtꝰ qui eorum potuit aperire intellectũ. Accidit aũt q ſoror p̃dicti regis audita perplexitate iſtarum lr̃arum petijt a magiſtratu vt poſſʒ eaſ videre. q̃bus diligẽter inſpectis cepit cal liditate feminea parum de cera de tabulis eleuare. Apparuitqʒ ſtatim lr̃a occulta. Cunqʒ plus de cera eleuaſſet plꝰ de lr̃a apparebat. Sicqʒ tota cera de littera le gi poterat quicq̃d ibi erat ſcriptũ. Sa trape hec videntes gauiſi ſunt valde. cõ ſilium lr̃arum fecerunt/ et ciuitatẽ fortiter defendebant/ et ab omi obſidione libe rabant.

Moraliſatio.

Jlla vero votū deo fecerat ꝙ nunqꝫ vir
acciperet quouſqꝫ tria perpetraret Primū
erat ꝙ diceret veraciter quot pedes in
longitudine et latitudine ac profundi/
tate quatuor elementorum eſſent. Se
cundū ꝙ ventum ab aquilone mutaret
Tertiū ꝙ ignem in gremio ſine leſione
iuxta carnem portaret. Rex cū hec audiſ
ſet fecit iſta tria p totū regnuꝫ pmul/
gari. ⁊ ſi quis ſine defectu iſta perpetrarꝫ
filiam eius in vxorem haberet. Mul/
ti venerunt ſed defecerunt: Erat qui
dam miles in partibus longinquis, qui
de voto puelle audiret ad palacium re/
gis venit. ducenſqꝫ ſecum famulū vnū
et equū furibundum coram rege tem
ptauit ⁊ ait. Domine mi rex. filiaꝫ tuā
peto in vxorē quia paratus ſuꝫ iſta tria
promulgata ſoluere. Ait rex. mihi bene
placet. Miles vero famulum ſuum vo
uit et ait ei. Jn terra iaces. Cum vero
ſic iaceret. miles a capite vſqꝫ ad pedes
menſurauit. Hoc facto ſic ait regi. Ec/
ce domine in quattuor elementis vix
vltra ſeptem pedes inuenio. Ait rex.
Quid hoc ad quattuor elementa Et il
le. Domine quilibet homo et omne ani
mal ex quatuor elementis componitur
Et ſic per famulnm ſuum quattuor ele
menta menſurauit. Ait rex. Amē dico
tibi. Satis clare probaſti. Jam ad ſecū
dum procedamus. Muta ventū ⁊c. Jl
le ſtatiꝫ equū furibūdū adduci fecit. cui
potionem ad guſtandū dedit. de cuius
potione factus eſt totaliter ſanus. Hoc
vero facto caput equi in oriēte ponebat
et ait. Ecce domine ventus eſt mutatus
ab aquilōe verſus oriētē. Ait rex Quid
hoc ad ventū. Ait ille. Nonne conſtat ve
ſtre prudentie ꝙ vita cuiuſlibet animal'
non eſt niſi ventus quē equus patieba
tur malum tamdiu erat in aquilone.
Sed iam ex virtute potōis ſanus factuſ
eſt caput eius ad orientem poſui. vt ſit
paratus onus portare. Ait rex. Satis
clare probaſti. Jam ad tertium proce
dam'. Ait ille. Domine paratus ſuꝫ co
ram omnibus adimplere. Manus ſuaſ
prunis ardentibus repleuit et in ſinu
poſuit. Et caro eius nequaqꝫ ē leſa Ait
rex. Satis bene duo alia pbaſti. Sed
dic mihi quomodo glebe non ledūt te.
Ait ille. Non virtute mea ſed ex v̄tute
lapidis quē mecū cōtinue porto. Qui
cunqꝫ illū lapidem ſecum in loco mun
do portauerit nunqꝫ ab igne ledi pote
rit. Ecce lapis. et lapidem coram omni
bus oſtendit. Ait rex. Probabiliter iſta
tria probaſti. nuptias ordinauit ⁊ filiā
ſuam cum diuicijs multis ei dedit in cō
iugem et ambo in vita bona dies ſuos
finierunt

Moraliſatio

Chariſſimi. Iſte rex eſt dominꝰ no
ſter ieſus chriſtus. Filia tã pul
cra anima ad dei ſimilitudinem
creata que deũ i baptiſmo votũ fecerat
ꝙ nunꝙ̃ viro cõiungeret niſi tria perpe
traret. Primũ eſt ꝙ menſuraret ꝛc. hoc
eſt famulũ tuũ. i. carnẽ tuã mẽſurare de
bes quantũ deliquit et pro omni delicto
penam agere elemẽta menſurare. ſ. car
nem tuã domare. Secundũ eſt mutare
ꝛc. Equus furioſus eſt peccator q̃ in pec
catis permanet vnde oportet ei potionẽ
dare. ſcʒ vt cõtritiõem habeat in corde.
confeſſionẽ in ore ſatiſfactionẽ in opere
Et hoc eſt ventũ mutare. Vñ Job Tan
ꝙ̃ ventus in vita mea. Tertiũ eſt ignẽ
ſine leſione portare. Ignis luxurie. aua
ricie. ſuperbie ꝛc que ſepe animam ꝛ cor
pus cõſumunt. ſed ſi deſideras vt ignis
iſte te non ledat oportet vt lapidẽ in lo
culo. id eſt dominũ noſtrũ ieſum chriſtũ
in corde habeas per opera meritoria. ꝛ ſi
mũde portaueris nunꝙ̃ ignis alicuius
peccati ledet te ꝛ per conſeqnẽs vitam
eternam obtinebis

De remuneratione eterne patrie
Capitulum. lxxi.

e Rat quidaʒ rex
qui conuiuiũ magnũ fecerat. ꝙ
inde ꝑ totũ regnũ precones deſtinauit
vt preconiſarent conuiuiũ: videlicet
vt omnes cuiuſcunꝙ conditiõis ad cõ
uiuium venirent. et non tãtum conuiui
um bonum haberent ſed et diuitias in
finitas obtinerent. Cum autẽ ꝓcones
per regna et caſtra ambularẽt preceptũ
regis promulgando erãt. tunc duo ho
mines in vna ciuitate manentes. vnus
fuit fortis et robuſtus ſed tamẽ cecꝰ. al
ter claudus et debilis ſed optime vide
rat. Dixit cecꝰ claudo Cariſſime heu no
bis duobus ꝑ totum regnum diuulga
tum eſt ꝙ rex tali tꝑe optimũ cõuiuiuʒ
tenebit ad quod nõ tantũ quilibet habe
bit cibaria pro ſua voluntate ſed diui
tias magnas recipiet. Tu vero es clau
dus ego vero cecus. ad illud conuiuium
poterimꝰ ne accedere. Ait claudus. Si
cõſiliũ meũ feceris ambo ibidẽ veniemꝰ
et diuitias et conuiuiũ ſicut ceteri obti
nebimus. Rñdit cecꝰ. Omne conſiliuʒ
quod eſt nobis vtile ſum paratꝰ adim
plere. Ait claudus Tu es fortis ꝛ robu
ſtus i corpore ego vero debilis quia clau
dus me ſuper dorſum tuuʒ portabis ego
vero te in viam dirigam. quia ſatis cla
re video et ſic ambo ad conuiuiũ veni
mus et mercedem ſicut ceteri obtinebi
mus. Ait cecus. Amẽ dico tibi optimũ
cõſiliũ eſt ſtatĩ aſcende dorſum meũ. et
ſic factũ eſt claudꝰ viã ei oñdit ꝛ ipſe euʒ
portauit ꝛ ſic ambo ad conuiuiũ venerũt.
et diuitias inter alios receperunt

Moraliſatio

Chariſſimi. Iſte Rex eſt dominꝰ no
ſter ieſus chriſtꝰ qui pro omni
bus nobis vitã eternã preparauit
Iuxta illud Erat quidã homo qui fecit
cenam magnã. Ad illud cõuiuiũ multi
ſunt vocati. ꝛ qui ibidẽ accedit diuitias
eternas poſſidebit. Cecus iſte eſt quili
bet diues ac potens huius ſeculi q̃ fortꝭ
eſt ꝛ potẽs in corpe. i. diuitijs ꝛ mundi
potentia: Vnde ceci ſunt quãtũ ad vi
tam eternã: Ignorant ea que ſunt ſalu
tis ſicut talpa bene videt ſub terra ꝛ hʒ
multa diuerticula ſʒ ſupra cecꝰ efficitur
nec ſcit ſeipm iuuare. Sic ꝛ diuites ſa
tis clare vidẽt in tꝑalib ꝛ ceci ſunt in
ſpiritualib. Claudus vero eſt bonus re
ligioſus qui claudicat in vtroꝙ pede. ſ.
nihil i cõmuni aut ꝓprio poſſidere. tñ vi
det talis ſatis clare viã verſus ꝯuiuiuʒ
eternũ. Si ergo vos diuites ac mũdi po
tentes intenditis ad illud ꝯuiuium acce
dere ꝛ pmia ibidẽ accipe. neceſſe vobis
erit religioſos ac ceteros pauperes ſu
per dorſa veſtra portare. Sed diligenter
eſt aduertẽduʒ quõ diuites debent por
tare paupes. Certe elemoſynas eis dã
do. i. eoꝝ neceſſitatib ſubueniẽdo. hoc
eſt paupes portare ꝛ fidelit viris eccle
ſiaſticis decimas dare Si hec feceritis.
nos viri religioſi tenemur vobis viã ſa
lutis oñdere quõ poteritis ad vitã etnaʒ
ꝑuenire. Precones q̃ illud ꝯuiuiũ cla
mabãt ſunt ſacre pagine doctores. ſ. pre
dicatores ꝛ cõfeſſores q̃ habent nos in
ſtruere publice ꝛ priuate quõ ad eternũ
conuiuium poterimus peruenire.

De ingratoꝝ trucidatione.
Capitulum.lxxij.

Egitur de quodam rege q̃ filiū vnicū habebat quem multum dilexit ac tenerrime nutriuit. Cum aūt puer ad etatē legitimā peruenisset de die in diē regē impulsabat vt regnum ei dimitteret eo ꝙ impotens esset ⁊ ipse potens. Rex vo ait Cariſſime ſi ſecurus eſſem ꝙ me beniuole ⁊ cum honore tractares toto tpe vite tue illud cōcederē ⁊ omnē humanitatē quā pater tenet filio tibi pſtarē. Ait ille Domine corā ſatrapis ⁊ nobilib⁹ impij iuramētum pſtabo ꝙ nullū defectū habebitis ſed i maiori honore ꝙ̃ meipm vos habebo. Rex vero credēs dictis ei⁹ regnū ei dedit ⁊ nihil ſibi ipſi retinuit. Cum vero coronatus eſſet ⁊ in ſolio poſitus vltra ꝙ̃ credi poteſt cor eius eſt eleuatū p aliquos annos patrē ſuū in honore habebat ⁊ poſt hoc nec aliqua bona ei dedit Ille vero cepit ſapientib⁹ regni cōqueri ꝙ fili⁹ eius pactū nō tenebat. Sapientes vero qui ſemp eū dilexerūt regē arguebāt ꝙ male patrē ſuū tractarē Rex hoc audiēs furore replet⁹ patrē ſuum in quodā caſtro recluſit vbi null⁹ acceſſum habere poterat ad eū. In quo loco famē ⁊ multas miſerias patiebatur Accidit eodē tempore ꝙ rex in eodē caſtello pernoctabat. Pater vo ad eum acceſſit et ait O fili miſerere patri tuo ſeni q̃ te genuit et oia dedit in hoc loco famē ⁊ ſitim patior iā ſum in graui infirmitate poſitus. ⁊ hauſtus vini me cōfortaret. Ait rex Ignoro ſi ſunt vina i iſto caſtro. Ait ille. Imo fili quinq dolia vini ſunt in caſtro ⁊ ſine ſcitu vr̃o. Seneſcalcus hui⁹ caſtri nō audet pforare ea et mihi hauſtū dare Rogo fili des mihi de primo dolio. Ait rex. Nō faciā q2 muſtum eſt nec valet p ſenibus. At ille dixit Des mihi ergo de ſecūdo dolio. q̃ ait Hoc nō faciā. hoc p corpe meo cuſtodiā et pro iuuenib⁹ qui mecum ſunt. At ille Des mihi ergo de tertio dolio Qui ait Nō faciā q2 vinū forte eſt ⁊ tu es debilis ⁊ infirmus poſſet eſſe cauſa mortis tue. At ille Des mihi de quarto dolio Qui ait. Non faciā. quia nimis vetus et acetoſum eſt et non multū valet. ⁊ pcipue pro complexiōe tua. Ait pater Fili des ergo mihi de quinto dolio. At ille. Abſit a me quia feces. ſūt ſatrape regni mihi imponerent ꝙ te occidiſſem ſi feces tibi dediſſem. Pater hec audiens ab eo triſtis receſſit et ſtatim oculte ſatrapis regni literam ſcripſit quomodo fili⁹ eius eum tractabat vt ꝓpter deū eū a tali miſeria ſubleuarent. Satrape oēs ei cōpatiebant. Statim regē ceperūt et patrem ſicut prius regem ↄſtituerūt. Filiū autē ſuū in carcerē poſuerūt vbi ꝓpter miſeriā defunctus eſt.

Moraliſatio.

Ariſſimi. Rex iſte eſt dominus noſter ieſus chriſt⁹. Filius quilibet chriſtian⁹ quē tenerrime diligit ꝙ̃diu homo in puritate vite manet Oia homini dedit que hō habet ⁊ ipſe factus eſt pauper. ſm ꝙ teſtatur ſcriptura Vulpes foueas habent ⁊ volucres ⁊c. Sed quottidie chriſtus famē ⁊ ſitim patitur. Hoc eſt in ſuis membris. ſ. pauperibus ⁊ debilibus. Unde ſcriptū ē. Qđ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Et cū de⁹ petit a nobis hauſtū vini d̄ primo dolio dolium illud ē puericia noſtra quā de⁹ a nobis requirit vt ei ſeruiamus in puericia. Puer vero malus reſpondit. Muſtum eſt. hoc eſt puer ſū non poſſum ieiunare. orare. in dei ſeruitio vigilare Demū deus a nobis reqrit vt demus ei de ſecundo dolio. Reſpondit malus filius. Nō poſſum dare iuuētutem meā deo ſeruiendo. q2 tunc mundus deridet me dicens. Ecce ille iuuenis homo non vult conuerſari cum hominibus Et ſic iuuentutem meam mecum retinebo. comedendo. bibendo ⁊ mundo. ſeruiendo. Demum deus requirit a nobis de tertio dolio. Reſpondit malus filius Vinum forte eſt. hoc eſt. iam ſum in fortitudine mea ſi penitentiā facerē. fortitudinē meam diminuerē. Ad bella ⁊ ad haſtiludia volo accedere ⁊ ea que mūdi ſunt exercere ac poſt fortitudinē penitētiam agere Deus videns q2 de iſtis tribus dictis dolijs nihil pōt habere. qrit [illegible] hauſtū vinū. Reſpōdit

malus filius. Vinū nimis vet' et aceto ſum eſt. hoc eſt dictum iam ſum ſenex iā non poſſum ieiunare. vigilare. q2 natura mea eſt debilis. Demū de' querit de qnto doleo vnū hauſtū. Rn̄dit mal' filius. Feces ſūt. Hoc ē dictū heu mihi de crepitus ſuꝫ defecit ſalutare meū. Duꝫ bona potero facere nō feci. modo ſum impotens. ⁊ talis ſepe cadit in deſperationē Et ſic morit' homo miſer. Cōtra tales erit querimonia grauis. et tunc in die iudicij deus cū tota curia celeſti ſententiam dabit dicēs Ite maledicti in ignē eternū qđ paratum eſt dyabolo ⁊c. A quo nos liberare dignetur q. ⁊c.

Auaricia multos excecat Capitulum. lxxiij.

t Ex quidaꝫ in ciuitate romana erat q̄ ſtatuit q̄ quilibet cecus ab imperatore omni anno centū ſolidos haberet. Accidit caſus q̄ xxiij. ſocij ad ciuitatē venerūt ⁊ quandā tabernam intrabant propter potationem Iſti eni p ſeptem dies ſtabāt bibendo et comedendo. deinde cū volebant cum tabernario cōputari quiqđ in pecunia haberēt tabernario dederūt. At ille. Certe cariſſimi adhuc deficiūt centuꝫ ſolidi Amen dico vobis non exibitis donec vltimū quadrātem mihi ſoluentis. Illi hoc audientes ad inuicē dixerūt. Quid faciemus nō habem' ſoluere. Ait vnus dabo vobis ſanum conſiliū. Per imperatorem lex edita eſt q̄ quicūq3 eſt cecus centū ſolidos de ei' theſauro obtinebit ponam' inter nos ſortes ⁊ ſup quē ſors cadit ei' oculos eruam' ⁊ tūc ille ad palaciū poterit accedere ⁊ cētū ſolidos obtinere et nos omnes quittare. At illi. optimū eſt cōſiliū. Inter ſe miſerūt ſorte ⁊ ſup illū q̄ cōſiliū dederat cecidit. ſtatim excecabāt eū ⁊ duxerūt eum ad palaciū Pulſabant ad ianuam. ianitor cauſam pulſationis queſiuit. At ille. Ecce eſt vnus cec' q̄ bn̄ficium legis petit. Ait ianitor. Seneſcalco hoc dicā. Acceſſit ad ſeneſcalcū ⁊ ait. Stat vnus cec' ad portā qui beneficiū legis petit. At ille. Vadā ad eū ⁊ eū videbo. Cū aūt cecum vidiſſet eum intime reſpexit Quē ꝯſiderаſſet ait ei. Cariſſime quid petis. Et ille. Centum ſolidos ſm legeꝫ. Qui ait Amen dico tibi heſterna die vidi te i taberna duos oculos ſatis claros habentē tu male legē i ntelligis. Lex eſt edita q̄ quicūq3 ex in firmitate vel ex caſu aliquo cecus fuerit cōtra quē caſuꝫ nō poterit ſe defendere talis beneficiuꝫ legis obtinebit. Sed tu voluntarie deleuiſti oculos tuos ⁊ in taberna bibiſti ⁊ ꝯſilium hoc dediſti vt cecatus eſſes q̄re ergo alibi ſolatiū quia nullū obolū obtinebiſ Ille vero hoc audiēs cum ꝯfuſione a palacio receſſit

Moraliſatio

Ariſſimi. Talis ē lex dei q̄ quicūq3 ignoranter aut ex infirmitate peccauerit aut temptatiōe dyabolica ſi cōtrit' ⁊ ꝯfeſſus fuerit. Iuxta illud. Inquacunq3 hora peccator ⁊c. deus ſibi peccata remittet. quilibꝫ peccator inquantū peccator eſt cecus. Si vero aliquiſ ex pura malicia ſine cauſa peccauerit ⁊ poſtea deſperationeꝫ inciderit vix aut nūq3 ei remittetur Tabernari' eſt diabolus qui omnes tales ad tabernam in fernalē recipit qui decedūt. Et ideo ſtudeamus ⁊c.

De proſpectione et prouidentia.

Capitulnm. lxxiiij.

e Rat quidam rex qui filiū tantū vnicuꝫ habebat quem tenerrime dilexit. Rex iſte vnū pomū aureū fieri fecit in ſumptibꝫ magnis. Pomo fabricato rex vſq3 ad mortē in firmabat' vocauit filiū ſuū et ait Cariſſime ſi nō potero de iſto infirmitate euadere ſub benedictione mea poſt meū deceſſuꝫ vade p regna ⁊ caſtra ⁊ pomuꝫ aureū qđ feci tolle tecū quē magis ſtultū inueneris pomū iſtū ex pte mea dabis Filius vo fideliter adimplere pmiſit dictū patris. Rex vo vertebat ſe ad parietē ⁊ emiſit ſpūm. Fili' vo ſatis honorifice eū tradidit ſepulture. Poſt ſepulturā ſtatī pomū accepit ⁊ pdiuerſa regna ⁊ caſtra ambulauit. mltos ſtultos inuenit ⁊ vidit. tamen nulli eoꝝ pomum dedit. Deinde pertexit ad quoddā regnū ⁊ ad ciuitatē pricipalē illi' regni

acceſſit. ꝑ mediū ciuitatis regē equitā
tem cū magno apparatu vidit. Cōditi
ones illius regni a quibuſdā ciuib⁹ que
ſiuit. At illi dixerūt ei. Cōſuetudo illi-
us regni eſt talis ꝙ nūꝗ̄ rex inter nos
regnabit niſi vn⁹ anno ⁊ finito anno oī
honore ⁊ diuitijs priuetur ⁊ in exilium
ponetur vbi mala morte morieṫ. Filius
regis hec audiēs intra ſe cogitabat. iam
inueni quē diu queſiui. Acceſſit ad regē
et flexis genib⁹ eū ſalutauit ⁊ ait. Aue
rex. Pater meus defunctus eſt. iſtud po-
mū aureū in teſtamētū vobis legauit.
Rex vero pomū accepit ⁊ ait ei. Cariſſi
me quomodo poteſt hoc eſſe Rex nunꝗ̄
me vidit nec aliquid boni patri tuo feci
Quare ergo tā ꝑcioſum iocale mihi de
dit. Ait ille. Domie mi rex. pater meuſ
nō plus vobis ꝗ̄ alteri pomum legauit
ſed ſub benedictione ſua mihi precepit
maiori ſtulto dare quē potero inuenire
Et ſine dubio circuiui multa regna ⁊ ca
ſtra ⁊ non inueni tam magnū ſtultū et
infatuatū ꝗ̄ vos. Ideo ex precepto pa
tris mei pomū vobis dedi. Ait rex. rogo
vt mihi dicas quare me tantū ſtultū re
putas. At ille Ecce dn̄e oſtendā vobis
clare. Eſt cōſuetudo illius regni per to-
tum annum regnare ⁊ in fine āni oī ho
nore ⁊ diuicijs priuari ⁊ in exilium poni
vbi mala morte mori oportet. Amen di
co vobis cōcludo ex dictis meis ꝙ ī to
to mundo nō eſt tantus ſtultus ſic vos
ꝙ tā breue tps regnare velitis ⁊ poſt h̄
tā miſerabiliter vitā finire. Reſpōdit
rex. Sine dubio omnia vera ſunt q̄ mo
do mihi dixiſti. ⁊ ideo dū adhuc fuero ī
mea poteſtate in pn̄ti anno bona infini
ta; mittā ante me in exiliū vt dū ibi vene
ro de bonis illis viuā ꝗ̄diu vixero Et ſic
factū eſt. In fine anni regno ē priuatꝰ
⁊ in exiliū poſitus ibi ꝑ multos annos
de bonis illis vixit et vitā ſuā in pace
finiuit.

Moraliſatio

Cariſſimi Rex iſte eſt deꝰ. qui le
gauit pomū aureū ſtultis. Per
pomū rotūdū intelligitur mun-
dus iſte quē deus dat fatuis qui magis
mundum ⁊ ea que in mundo ſunt appe
tunt ꝗ̄ deū Rex qui per vnum annū re
gnauit poteſt dici quilibet homo in hoc
mundo exiſtēs qui licet centū annis vi
uat eſt tamē quaſi vna hora reſpectu vi-
te future ⁊ tamē nō deſiſtit miſer homo
die ac nocte laborare ⁊ poſt mortē in exi
liū. i. in infernū poneṫ ſi cū peccato mor-
tali decedat vbi mala infinita inueniet
Et pauci ſūt qui de iſto exilio cogitant.
Faciemus ergo ſicut fecit ille rex. dū ſu
mus in noſtra poteſtate ī hac vita ante
nos mittamus opera miſericordie. ele-
moſinas largas. ꝑ caritate orōes ⁊ ieiu-
nia facere vt poſt hāc vitā paradiſum
poterimꝰ intrare ⁊ ſine dubio vbi inueni
emus opa nr̄a meritoria q̄ fecimꝰ in hac
vita ⁊ ſic regnabimꝰ ibi cū glā. Ad quam
nos ꝑducat q̄ ſine fine viuit ⁊ regnat ⁊c̄

De cura mundi non ſectanda.

Capitulum. lxxv.

Olim erat quidā
rex qui tres filias pulcras habe
bat quas tribus ducibus maritauit.
Omnes illi tres duces eodem anno mor
tui ſunt. Rex hoc audiens volebat fili
as ſuas iterato maritare vocauit primā
filiā et ait. Cariſſima vir tuus mortuꝰ
ē dabo te alteri viro. At illa. Nullo mo
do hoc attemptabo. Et hec eſt rō mea.
Si deberē alterū virū accipe oportet vt
eum tantū diligerē ſicut primū virum
aut plus aut minꝰ diligerē hoc n̄ poteſt
ſtare quia primꝰ virginitatē habebat er
go nō tm̄ debeo eū diligere. ſi vero plus
hoc eſſet maius malū. Si vero minꝰ nō
eſſet bona dilectio inter nos. quare con
cludo ꝙ nullo modo volo aliū virū acci
pere. Rex hoc audiens vocauit aliam et
ait Cariſſima vir tuus defunctus eſt co
pulabo te altri viro. At illa. Domine
nullo modo hoc attemptabo quia ſi virū
aliū acciperem reciperē eū aut propter di
uitiaſ aut fortitudinē aut pulcritudinē
Non ꝑpter diuitias quia abūdo. Non ꝑ-
pter fortitudinē quia amicos habeo q̄
me defendēt. Non ꝑpter pulcritudinē.
quia mihi videbaṫ ꝙ vir meus omniū
erat pulcrior in vniuerſo mundo quare
cōcludo ꝙ nullo modo virū alium acci-
pere volo. Rex hoc audiens vocauit

tertiã filiam ⁊ ait. Cariſſima vir tuus mortuus eſt. volo te alteri viro copulari. At illa. Nullo mõ hoc attẽptare volo, quia ſi aliũ vir accipe ʒ ille me recipe ret aut propter pulcritudinẽ aut diuitias. Nõ ꝓpter pulcritudinẽ quia nõ ſum pulcra Ergo ꝓpter diuitias me recipet Et ſi ꝓpter diuitias nũꝗ poſſet eſſe verus amor. quia deſtructis diuicijs amor trãſiret. Concludo ergo ꝙ nullo modo alium virum volo accipere Item doctores ſacre ſcripture dicunt ꝙ vir ⁊ mulier in matrimonio cõiuncti ſunt vnũ in corpe ⁊ duo in anima. ergo corpus viri mei eſt corpus meũ ⁊ econuerſo. ⁊c. ad hec. Omni die poſſum ad ſepulcrũ accedere viri mei ⁊ ibi oſſa videre. ergo vir preſentẽ habeo. ⁊ ideo aliũ vir habere nolo. Rex hoc audiens amplius vt vir acciperet non inſtigabat.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Iſte rex eſt deꝰ ipſe. Tres enim filie ſunt aĩa ipa In qua relucet opatio et imago trinitatis. Iuxta illud Geñ. ij. Faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã. Imago vero trinitatis ꝑ peccatum primi parentis erat deturpata ⁊ tribus viris tradita ſcʒ diabolo mũdo et carni. Si vero mortuus eſt dyabolꝰ per chriſti paſſionẽ noli amplius talem vir accipere ſed ſemp ſub chriſti protectõne permanere cupias. Si mundus mortuꝰ eſt ꝑ pauptatẽ voluntariã. noli am plius aliũ vir accipere ſed ꝑmaneas ſub xp̄i protectõne. Si vero mortua eſt caro per ieiuniũ ⁊ carnis maceratio nem noli iam amplꝰ vir accipe ſed ſub chriſti protectõne ꝑmaneas. Uel aliť poteſt reduci. Rex iſte eſt deus Tres filie tria genera hoĩm ſcʒ potentes ac diuites huius mundi ſicut ſunt reges ac mundi potẽtes. Sapiẽtes huiꝰ mundi ſicut ſunt iudices tpales ⁊ eccliaſtici viri religioſi. Perfecti chriſtiani ſicť ſunt qui in omnibꝫ diuinis pceptis obediũt Iſti tres erãt in baptiſmo tribꝫ ducibꝫ copulati ſcʒ patri ꝑ potentiã. filio ꝑ ſapientiam. ſpiritui ſancto ꝑ clemẽtiam Si ergo iſti mortui ſunt. i. extincti ⁊ ablati a te ꝑ pctm̃ tuũ nuꝗ alteri laboꝛes copulari. ſed cũ omni diligẽtia fac opa miſericordie ꝑ que poteris ei recõciliari. qꝛ nunꝗ aliquẽ inuenies ꝙ tãtum te diliget. Unde eſt notãdum ꝙ mulier accipit vir propter quatuor. qꝛ aut propter diuitias aut ꝓpter pulcritudinẽ aut ꝓpter fortitudinẽ aut ꝓpter ſapientiam. Si vero vis virũ accipe ꝓpter diuitias Certe nõ inuenies ita diuitẽ ſicut dñm noſtrũ ieſum chriſtũ. quia dominus celi ⁊ terre eſt. ergo teneas eũ ⁊ nõ aliũ. Si vero velis vir accipe ꝓpter fortitudinẽ curre ad ieſum chriſtũ qui eſt fortior omni homĩe fortis in celo et in terra. In inferno nõ eſt aliquis qui poteſt ei reſiſtere. ergo illũ in vir debes accipere ⁊ nõ aliũ. Si vero aliquẽ vis accipere ꝓpter pulcritudinẽ curre ad dñm noſtrũ ieſum xp̄m qui eſt pulcrior omni homine. Unde pſalmiſta. Specioſus forma pre filijs hominũ. Ergo illum debes habere ⁊ non aliũ. Si võ aliquẽ vis accipe propter ſapientiã curre ad dominum noſtrum ieſum chriſtũ qꝛ ipſe eſt ſapientior omni homine. Unde apoſtolꝰ O altitudo diuitiarum ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie dei ⁊c. Ergo illũ virũ accipe debes ⁊ non alium.

De concordia
Capitulũ. lxvi.

a Ccidit in quadam ciuitate ꝙ erãt duo medici optimi in omni ſcientia medicinali imbuti qui omnes ad eos venientes de quacunꝗ infirmitate curabãt ita ꝙ penitus populus ignorabat quis eorũ eſſet melior. Infra tempus erat inter eos contẽtio quis eorũ eſſet maior atꝗ perfectior. Ait vnus alteri. Cariſſime non ſit inter nos diſcordia nec inuidia neꝗ ↄtẽtio quis noſtrum eſt perfectior. Sed vnũ faciamꝰ ⁊ quicuꝗ ex nobis defecerit. ſit ille ſeruꝰ alteriꝰ. Ait alter. dic mihi qđ ẽ illud. Et ille. Ego duos oculos tuos de capite eruã ſine grauamine et ſuper menſam tuã ponã ⁊ quãdo tibi placet in capite tuo ſine leſione tua reponam Si vero mecũ hoc idẽ ꝑ omnia feceris equales ambo ſimus ⁊ quilibet alterum nutriat ſicut fratrẽ ſuũ. Si vero aliquis

defecerit ſeruus alteri⁹ erit. Et ille. Optima probatio ꝑ oīa bene mihi placet. Ille vero qui queſtionē propoſuit accepit inſtrumēta ſua ⁊ infra oculos alius cum quodā vngēto nobiliſſimo interi⁹ et exteri⁹ liniuit. Et cum inſtrumento ſuo duos oclos ſocij extraxit ⁊ ſup mēſā poſuit. ⁊ ait ſocio ſuo. Cariſſime. quō tibi videt. Et ille. Unum ſcio ꝙ nihil video q2 oculis careo ⁊ tñ nullā leſionē ſētio. Sꝫ modo vellē ꝙ oculos meos ſicut mihi ꝑmiſiſti reſtitueres. Et ille. Libēter attēptabo. vngētū accepit ⁊ oculos interius ⁊ exteri⁹ ſicut pri⁹ inunxit ⁊ oculos ſuos repoſuit. Et ille. Cariſſime qd iā tibi videtur. Et ille. Optime q2 in extrahēdo nullā leſionē ſenſi. Tunc dixit ille. Jam reſtat vt mihi ſimili modo miniſtres. Qui ait. Preſto ſum. Accepit inſtrumēta ſua et vngenta ſua ſic ille fecerat intus et exteri⁹ liniuit. deinde oculos eius extraxit ⁊ ſuper menſam poſuit ⁊ ait. Cariſſime qd tibi videtur. Et ille. Mihi videtur ꝙ oculos perdidi tamen nullū dolorē ſenſi ſed vellē libentiſſime ꝙ oculos rehaberē. Cū vero ille paraſſet inſtrumēta ſua ⁊ oculos reſtitueret. feneſtra domus erat apta et quidam coruus intrauit videnſq3 oculos in menſa ſubito vnū oculū rapuit ⁊ violauit. Medicus hoc ꝑcipiēs eſt contriſtatus totaliter et ait intra ſe. Niſi oculos ſocio meo reſtituā ſeruus eius ero. Reſpiciens a longe vidēſq3 caprā oculum eius extraxit ⁊ in locū oculi ablati repoſuit. hoc facto dixit ſocio ſuo. Cariſſime quid tibi videtur. Qui ait. Nec in extrahēdo nec in reponendo aliquā leſionem ſenſi. ſꝫ vnus ex oculis meis ſp ſurſum ad arbores reſpicit. Et ille. Ex quo ita ꝑfecte medicinā meā tecū feci ſicut ⁊ tu mecū. mō ambo ſumus equales nec inter nos ſit cōtentio. Et ſic ambo poſt h adinuicē ſine ꝯtētiōe vixerunt.

Moraliſatio.

Cariſſimi per iſtos duos medicos intelligere debemus legem nouā ⁊ antiquā que ambe curabant quātū ad ſalutē anime. Facta ē cōtentio ⁊ adhuc ē inter chriſtianos ⁊ iudeos que lex eſt melior ⁊ perfectior. Ad probandum veritatē quilibet oculos alteri⁹ extraxit. Hoc ē dictū. In lege antiqua multa ſunt a quib⁹ deus extraxit ſicut decem precepta in antiquo lege. Sicut ſaluator ait. Non veni ſoluere legeꝫ ſed implere vt ſi aliquis hominū intendat deū videre oportet ꝙ talis ad nouam legē recurrat et tunicā baptiſmi ſe induat. Coruus venit et rapuit vnum oculum iudeorū vt non poſſent veritatē videre ⁊ in loco huius ponebat oculuꝫ capre ſcꝫ quaſdā cerimonias quibus vtūtur per quas credunt deum videre et ibunt ad tenebras exteriores vbi erit fletus et ſtridor dentium.

Quod ad diuitias nō eſt anhelandum

Capitulum. lxxvij.

Quidā rex erat qui duas filias habebat. vna erat pulcerrima ⁊ omnib⁹ amoroſa. ſed altera nigra ⁊ omnib⁹ odioſa. Rex videnſ filias ſuas vnā pulcram aliam nigram eis noīa impoſuit. Pulcre filio impoſuit nomē ſcꝫ Roſimūda. Nigre filie. gratia plena. Deinde preconem ꝑ totū regnū miſit promulgando ꝙ omnes venirent et filias ſuas in matrimoniū daret illiſ qui ad hoc digni eſſent. Quicunq3 vero pulcrā filiam in vxorē accipet nihil cuꝫ ea niſi pulcritudinē obtineret Sed qui nigrā filiā in vxorē accipet totū regnū poſt eius deceſſuꝫ cū ea obtineret. Multi hoc audiētes ad curiā regis venerunt ⁊ cū duas filias viderēt omnes ad pulcrā filiā currebāt ⁊ eā in vxorē petebāt. Grā plena nigra filia amare fleuit. Ait ei rex. O filia ob quā rem affligit anima tua. Ait illa. O dn̄e nullus ē q̄ me viſitet nec mecū loquat. omneſ ad ſororem meā currūt ⁊ omnes me deſpiciūt. Ait pater. O filia ignoras ꝙ oīa mea tua ſunt ⁊ qui te deſpōſauerit regnum meum obtinebit. Illa ſic ꝯfortata a fletu ceſſabat. Poſt hec venit qdā rex ad curiā regis et cum vidiſſet pulcritudineꝫ roſimūde eā in vxorē petijt tantum cū ſua pulcritudine. Rex pater puellā ei ꝯceſſit ⁊ cū magno gaudio eam deſpon/

ſauit. Stabat altera filia p multos an nos anteq̄ eſſet deſpōſata. Tandē qui dam dux nobilis ſ; paup intra ſe cogi tabat. Licet puella turpis fuerit tamē quicūq; eā habuerit regnū cum ea obti nebit. Perrexit ad regem ⁊ eā in vxorē petijt. Rex vero gauiſus ē eā deſpōſauit cum magno gaudio et poſt mortem re gis totum regnum cum ea obtinebat.

Moraliſatio

Cariſſimi. Rex iſte ē dominꝰ noſter Jeſus xp̄s. Filia foſimunda ta; pulcra eſt mūdus iſte. Unde pauci inueniūtur qui nō mūdum ſuper omnia appetūt. tande; nihil cum ea obtinebunt niſi ſuā pulcritudinē hoc eſt vanitatē et diuitias. ⁊ ſicut pulcritudo p infirmitatē famē ⁊ ſenectutē anihilatᷣ ſta et diuitie huiꝰ mūdi trāſeūt per mortem ⁊ ſepe ante. Et ideo fatui ſunt q̄ mūdū deſponſāt. Altera filia ſc; gratia plena que eſt turpis et omnibꝫ odioſa certe eſt paupertas quā miro modo deꝰ dilexit. ⁊ ideo vocatᷣ gratia plena. quia per eam deueniᷣ ad diuitias. Ueruntamen pauci ſunt qui eā deſponſare volūt immo eſt omnibꝫ odioſa. tm̄ qui eam deſpōſauerit vitam eternam habebit.

De conſtantia amoris mutui.

Capitulum. lxxviij.

Rex quida; pulcram filiā habebat que erat duci nobiliſſimo deſponſata cum quo pulcram prolē habebat ⁊ maxima inter eos erat dilectio. Dux vero mortuus. de cuiꝰ morte factus eſt planctus magnus in ciuitate. Dn̄a vero ſatis honorifice eū ſepulture tradidit. Poſt mortem amici eius ad eā venerunt vt ſecundo viro nuberet. allegātes ſibi etatē integrā ac pulcritudinē ſuam. Domina vero reſpōdit Uirū alterū habere nolo quia vir meus qui mortuus ē erat tā bonus dulcis ac diues per omnia qui me vltra modū dilexit. Et ꝓpter nimiā dilectiōem inter nos eius mors tm̄ me affligit q̄ vt credo viuere nō potero. Si vero talē virū ponamus q̄ inuenire poſſibile eſſet ei an̄ me mori ⁊ tūc eſſet mihi grauis afflictō iam habeo q̄ nunq̄ aliū vir cape volo. Si malum virū accipere eſſet mihi grauē poſt bonum habere peſſimum.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Jſte rex eſt deus ipſe. Filla anima ad dei ſimilitudinē creata q̄ erat nobiliſſimo viro ſc; domino noſtro ieſu xp̄o per virtutem baptiſmi deſpōſata qui ſumma dilectōne nos dilexit. quia in cruce pro nobis mortuus eſt. ergo virū aliū pro illo nō accipias. hoc eſt aliū nūq̄ tm̄ diligas. ⁊ ſic cum eo in eternū regnabis.

Qd̄ q̄s neſcit ꝑſumere nō audebit.

Capitulū. lxxix.

Erat quida; rex qui miro modo paruos caniculos dilexerat die ac nocte bene latrātes in tantū q̄ in gremio ſuo eos quieſcere permiſit ⁊ ibidē pauit. Jlli vero ſic conſueti erant in gremio eius dormire et comedere q̄ vix alibi eſſe volebant. ⁊ qn̄q; circa collum regis pedes ponebāt Et ſic rex ſolacium magnū ⁊ ludū cum eis habebat. Erat tunc quidā aſinus qui cū omnia iſta vidiſſet in corde ſuo cogitabat. Si ego cantarē ⁊ ante regē ſaltarē et circa collū domini mei pedes ponere; rex daret mihi omnia fercula ad comedēdū ⁊ gremiū ſuū ad quieſcendu;. His cogitatis extra ſtabulū ſaltauit aulā intrauit ⁊ coram rege cātare cepit deinde hincinde ſaltauit ⁊ poſt hoc ad rege; cucurrit et pedes circa collu; eius poſuit. Serui hoc videntes credebāt aſinū in furia conuerſu; accepe rūt eū et egregie verberauerūt. ⁊ ſic ad ſtabulū reduxerunt

Moraliſatio.

Cariſſimi. Rex iſte eſt dominꝰ noſter Jeſus xp̄s. Caniculi bene latrantes ſunt predicatores q̄ verbū diuinū bene ꝓnūciāt. Unde digni ſunt in gremio celeſti q̄eſcere. Aſinus poteſt dici qui preſumit officiū ꝑdicatores aſſumere verbū dei ꝓnūciare. tm̄ litteraturā nec gratiā ad hoc habet. ⁊ iō timendū ē ne talis ſit verberatus hoc eſt a domino ⁊ populo repulſus.

De verſutia dyaboli et quomodo iudicia dei ſunt occulta.

Capitulum. lxxx.

Erat quidā heremita qui cū in ſpelunca quadā iacebat et diebꝫ ac noctibus deuote deo ſeruiebat. Juxta cellā ſuam erat q̄dā paſtor ouiū qui paſcebat oues. Accidit vno die ꝙ paſtor erat ſomno oppreſſus ipſo dormiēte q̄dā latro venit ⁊ oēs oues ſecū abſtulit Superueniēs dñs ouiū a paſtore q̄rit vbi erāt oues Jlle vō incepit iurare ꝙ oues ꝑdidit ſꝫ quō penitꝰ ignorabat. Dñs h̄ audiēs furore repletꝰ ipſꝫ occidit. Heremita hoc vidēs ait in corde ſuo. O deus ecce homo iſte culpā innocēti dedit ⁊ ipſum occidit. Ex quo ergo permittis talia fieri ꝓpter hoc ad mūdum vadā ⁊ ſicut ceteri vitā ducā. His cogitatis ille heremitariū dimiſit ⁊ ad mundū perexit. ſed deus ipſuꝫ ꝑdere nolebat. Angelū in forma hoīs ad euꝫ miſit vt ſe ei aſſociaret. Quē cum angelus in via eūtē inueniſſet ait ei. Cariſſime quo vadis. At ille. Ad iſtā ciuitatē añ me. Angelꝰ dixit ei. Ego in via ero comes tuꝰ q2 angelꝰ dei ſuꝫ ⁊ ad te veni vt ſimus ſocij in hac via. Ambo ambulabant verſus ciuitatē. Cū aūt intraſſent hoſpiciū a quodā milite ꝓpter dei amorē petebant. Miles vero ſatis gratanter eos recepit ⁊ honorifice ac ſplendide cū bona deuotiōe in omnibꝫ miſtrauit Miles iſte tantum vnicū filium habebat in cunabilis iacentem quē multum dilexerat. Cena facta camera eſt aperta ⁊ lecti ſatis honorifice ornati ꝑ angelo ⁊ heremita. Media vero nocte ſurrexit angelus et puerū in cunabulis ſtrāgulauit. hoc videns heremita intra ſe cogitauit. Nunquid iſte erat angelus dei. bonus miles omnia neceſſaria ꝓpter dei amorem ei dedit. et nō habuit niſi vnicū filiū innocentē ⁊ iſte eū occidit. Sed tamen nō audebat ei quicꝙ̃ dicere. Mane ambo ſurrexerūt ⁊ ad ciuitatem aliaꝫ perrexerūt in qua in domo vnius ciuis ſatis honorifice erāt recepti et ſplendide miniſtrati. Ciuis iſte quēdā aureū cyphū quē miro modo dilexit habuit in quo vltra modū gloriabatur. Media nocte ſurrexit angelus ⁊ furatus eſt cyphum illū. Heremita hoc vidēs intra ſe cogitabat. Jſte malus angelus eſt vt credo. Jſte ciues nobis optime fecit et iſte eſt furatus cyphū ſuū. tñ nihil ei loquebatur q2 timuit eū. Mane vero ſurrexerunt ⁊ ꝑ viam ambulabāt donec ad quandā aquā ꝑuenerūt vltra quā erat pons. pōtem aſcēderūt et quidā pauper eis obuiabat. Ait āgelꝰ Cariſſime mōſtra nobis viā verſus talē ciuitatē. Pauper vertiſſet ſe ⁊ cū digito viā verſus ciuitatē oſtendit. Cū vero vertiſſet ſe angelus ſubito ꝑ ſcapulas eū accepit ⁊ vltra pontē proiecit ⁊ ſubmerſus eſt paupꝛ Quod cū heremita vidiſſet ait in corde ſuo. iam ſcio ꝙ iſte dyabolus eſt ⁊ nō angelus dei bonus. Quid mali fecit paupꝛ iſte ⁊ tamē eū occidit Ab illo tp̄e cogitabat ab eo recedere. Verūtamē timens nihil loquebatur ei. Cuꝫ vero circa horā veſꝑtinam ad ciuitatē ꝑueniſſent ad domū cuiuſdā diuitis acceſſerūt ⁊ hoſpiciuꝫ pro dei amore petebant. Jlle vero ſimpliciter eis negauit. Ait angelus dei. Amore dei ſaltē tectū domus nobis cōcedatis ne lupi aut male beſtie hic nos deuorēt Jlle ait. Ecce domus vbi porci mei iacēt ſi placet vobis cū eis iacere poteſtis ſin autē recedatis quia aliuꝫ locum vobis non do Ait ei angelus Si aliud nō poteſt fieri cū porcis veſtris iacebimꝰ. Et ſic factū eſt. Mane vero ſurrexerūt. Angelus hoſpitē vocauit et ait Cariſſime do tibi cyphū iſtū. et dedit ei cyphū quem furatus fuerat ab illo ciue Heremita hoc videns ait intra ſe. Jam ſum expertus ꝙ iſte eſt dyabolus Bonꝰ homo erat qui cum omni deuotiōe nos recepit et furatus eſt ei cyphum et dedit iſti peſſimo qui negauit nobis hoſpicium. Ait angelo Nolo vobiſcū ampliꝰ expectare ad deū vos recomēdo. Angelꝰ dixit ei. Audito me ⁊ tunc recedito.

Expoſitio

Cariſſime Quando eras in heremitario. dominꝰ omnium paſtorē iniuſte occidit. ſcias ꝙ paſtor ille pro tunc mortē nō meruit ſꝫ alias cōmiſit quare mori nō deberet. tūc temporis inuentus eſt ſine peccato deus ergo

permiſit eum occidi vt penaꝫ poſt mortē
euaderet propter peccatū qḋ aliaſ cōmi
ſit. pro quo nunq̄ penitētiā faceret La
tro vero qui euaſit cū ouibus penā eter
nam ſuſtinebit ⁊ dominus ouium q̄ pa/
ſtorem occidit vitā ſuā emēdabit p̄ lar
gas elemoſinas ⁊ opera miſericordie q̄
ignoranter fecit. Demū filiū illius mi
litis de nocte ſtrangulaui qui nobis bo
num hoſpiciū dedit. Scias q̄ anteq̄ pu/
er ille natus erat miles optim⁹ elemoſi
narius erat ⁊ multa opera miſericordie
fecit. Sed poſtq̄ natus eſt puer fact⁹
eſt parcus cupidus ⁊ oīa collegit vt pu
erum diuitē faciat ſic q̄ erit cauſa perdi
tionis eius et ideo puerū occidi. Et iā
ſicut prius factus eſt bonus criſtianus.

Deinde cyphū illius cuius q̄ nos cū
deuotione recepit furatus fui. Scias tu
q̄ anteq̄ cyphus ille erat fabricatus n̄
erat ſobrior eo in tota terra ſed tantū d̄
cypho gaudebat poſt fabricationē q̄ oī
die tantū d̄ eo bibebat q̄ bis aut ter om
ni die fuit inebriatus. ⁊ ideo ciphū ab/
ſtuli ⁊ factus eſt ſobrius ſicut pri⁹. De
inde pauperem in aquā ꝓieci. Scias q̄
pauper iſte bonus chriſtianus fuit. ſꝫ ſi
ad dimidiū miliare ambulaſſet aliū in
peccato mortali occidiſſet. ſed iam ē ſal/
uatus ⁊ regnat in celeſti gloria. Dein
de cyphū illius cuius dedi illi qui nobiſ
hoſpiciū negauit. Scias q̄ nihil i terra
fit ſine cauſa. Ipſe nobis ꝯceſſit domū
porcoꝝ ⁊ ideo cyphū ei dedi ⁊ poſt vitam
regnabit in inferno. Pone ergo amodo
cuſtodiā ori tuo vt deo non detrahas.
Ipſe enim omnia nouit. Heremita hoc
audiēs cecidit ad pedes angeli ⁊ veniaꝫ
petijt ⁊ ad heremitatū perrexit et factuſ
eſt bonus chriſtianus.

De mirabili diuina diſpenſatione ⁊
ortu beati Gregorij pape.

Capitulum. lxxxi.

m Arc⁹ regnauit
prudens valde. qui tātū vnicū
filiū ⁊ filiam habebat quos multum di
lexit. Cum vero ad ſenectutē peruenil/
ſet infirmitas grauis eum apprehendit
Qui cum vidiſſet q̄ viuere nō poſſet fe
cit vocare omnes ſatrapas imperij ⁊ ait.
Cariſſimi ſcire debetis q̄ hodie ſpiritū
deo debeo reddere. nō habeo maius pe
riculū in anima mea q̄ d̄ filia mea q̄ eā
matrimonio nō tradidi. Et ideo tu fili
qui es heres me⁹ tibi p̄cipio ſub mea be
nedictione vt eā maritari facias tā ho
norifice ſic̄ decet ⁊ medio tp̄e ſicut teip
ſum omni die in honore eā habeas. His
dictis vertit ſe ad parietē ⁊ ſpūm emiſit
De cuius vero morte planctus magn⁹
factus eſt in ciuitate. ſatis honorifice eū
ſepulture tradiderūt. Poſt hoc vero fili
us ſatis prudenter incepit regnare ⁊ ſo
rorē ſuā in omni honore habere quā mi
ro modo dilexit intantū q̄ omni die li
cet nobiles ſecū eſſent in menſa in vna
cathedra ex oppoſito ei⁹ ſedebat ⁊ ad in
uicem comedebāt ⁊ i eadē camera lectiſ
ſeparatis iacebāt. Accidit vna nocte q̄
temptatio grauis euꝫ accepit q̄ ei vide
bat ſpiritū emittere niſi cū ſorore ſua li
bidinē ſuā poſſet implere. de lecto ſurre
xit et ad ſororē ſuā perrexit quā dormiē
tem inuenit et excitauit eā. Illa ſic exci
tata ait. O dn̄e ad quid veniſti iſta ho
ra. Qui reſpōdit. niſi tecū dormiā amit
to vitā meā. Que ait. Abſit a me tale
peccatū perpetrare. ad memoriā reduci
to quomō pater noſter te honorauit ſub
ſua benedictiōe ante mortē ſuam q̄ me
honores i omni honore. ſi tale peccatū
perpetrares offenſionē dei nō euaderes
nec hominū ꝯfuſionē. Et ille. Quomo
docunq̄ fiat volūtatē meā adimplebo
dormiuitq̄ cū ea. Hoc facto ad ꝓprium
ſtratū redijt. Puella vero amare fleuit
cōſolari nolebat. Imperator vero q̄ntū
potuit ſolaciū ei prebebat ⁊ miro mō ma
gis eam dilexit. Poſt hoc vero circa di/
midiū annū illa in cathedra ſedebat in
menſa. frater eius eā intime aſpexit et
ait. Cariſſima q̄d tibi ē. iam facies tua
eſt mutata in colore ⁊ oculi tui in nigre
dinē mutātur. Et illa. Mirū nō eſt q̄
ſum impregnata ⁊ p̄ conſequēs confuſa
Ille hoc audiēs vltra q̄ credi poteſt cō
triſtatus eſt fleuitq̄ amare et ait. Pere
at dies in qua natus ſum quid faciā ego
penitus ignoro. Que ait. Dn̄e fac con
ſiliū meum ⁊ poſt factum non penitebis

Nos nõ ſumus primi qui grauiter deũ
offenderũt. Hic prope eſt vnus miles
ſenex cõſiliarius patris noſtri de cuius
conſilio pater noſter ſemp eſt opatus.
Voces ille et ſub ſigillo ↄfeſſiõis oĩa ei
dicem⁹. ille vero vtile cõſiliũ dabit nobis
ꝙ ſatiſfaciem⁹ deo ⁊ oppꝛobiũ mũdanuȝ
euadere poterim⁹. Ait rex mihi bñ pla-
cet ſȝ ſtudeam⁹ ꝑmo deo recõciliari. Cõ
feſſi ſũt ambo corde puro cũ cõtritione
magna. Facta confeſſione miſerũt pro
milite ⁊ totũ priuate cũ fletu retulerũt
At ille. Domine ex quo eſtis deo recõ-
ciliati audite cõſilium meũ vt confuſio
nem mundanã euadere poſſitis. Pro pec
catis veſtris ac patris veſtri terrã ſanctã
debetis viſitare et tali die omnes ſatra
pas regni veſtri in preſentia veſtra con-
uocare. Deinde hec verba ꝑ ordineȝ di
cere. Cariſſimi terraȝ ſanctã viſitare, vo
lo nullũ heredẽ preter ſororẽ vnã habeo
ſicut ſcitis cui in abſentia mea ſicut cor
pori meo debetis obedire ⁊ poſt hoc mihi
coram omnib⁹ dicere. et tibi chariſſi-
me dico ſub pena vite tue vt ſororis mee
cuſtodiam habeas. Ego vero manuca-
pio tam priuate et ſecure cuſtodire eaȝ.
ꝙ nullus tempore partus nec ante nec
poſt de caſu vr̃o ſciet niſi tãtũ vxor mea
que debet ei miniſtrare cũ manibus pro
prijs. Ait rex. Bonum eſt cõſiliũ omnia
adimplebo que mihi dicitis. Statim fe
cit omnes ſatrapas conuocari et oĩa
a principio vſq; ad finem ſicut ſuperius
eſt ſcriptũ ꝑ conſiliũ militis adimple-
uit. Cum omnia verba cõſumaſſet vale
omnib⁹ fecit ad terram ſanctã perrexit
Miles vero dominã ſororẽ regis ad caſtꝝ
ſuum duxit. Cum autem vxor militis
hoc vidiſſet domino ſuo occurrit et ait.
Domine mi reuerende qualis eſt domi
na iſta. Qui reſpõdit. Domina noſtra
ſoror regis eſt. Iura mihi per deum om
nipotẽ ſub pena vite tue vt quicquid ti
bi dixero omnino habebis ĩ ſecreto. At
illa. Domine preſto ſuȝ. Cũ aũt iuraſſȝ
ait miles. Domina noſtra per dominuȝ
noſtrũ regeȝ eſt impregnata. quare tibi
ꝑcipio vt nulla creatura miniſtret ei ex
cepta tua ꝑſona. ita vt principiũ medi
um et finis omnia ſint ſecreta. At illa.
Domine oĩa iſta fideliter adimplebo.
Domina ad camerã priuatã eſt ĩtrodu-
cta. ⁊ ſatis ſplẽdide ei miniſtrabať. Cũ
tꝑs pariẽdi adeſſet filiũ formoſuȝ pepit
miles cũ hoc audiſſet ait dñe. O dña
cariſſima bonũ ẽ ac vtile ſacdotẽ vocari
vt puer baptiſet. Qui ait deo meo vo-
ueo ꝙ ille q̃ eſt inter ſororẽ ⁊ fratrẽ geni
tus ꝑ me baptiſmũ nõ habebit. Ait mi
les. Scitis graue pctm̃ eſt inter vos et
dñm meũ cõmiſſũ nolite ꝓpter hoc aiaȝ
pueri occidere. Ait dña. Votuȝ voui qđ
firmiter tenebo ſed tibi precipio ꝙ mi-
hi doliũ vacuum apportes. Cui ait. Pre
ſto ſum. dolium ſecum ad cameram por
tari fecit. Ille vero decenter puerum in
cunabulo reclinauit ⁊ in paruis tabellis
hec que ſequuntur ſcripſit. Cariſſime
ſcire debetis ꝙ puer iſte non eſt baptiſa-
tus quia inter fratrẽ ⁊ ſororẽ eſt genitus
ideo propter dei amorem baptiſetur ⁊
ſub capite eius pondus theſauri inue-
nietis cum quo ipſum nutriri faciatis.
ad pedes argenti pondus cũ quo ſtudiũ
exerceat. Cum oĩa iſta erãt ſcripta tabel
las in cunabulo ſub latere pueri pone-
bat aurũ ſub capite argẽtũ ad pedes. de
inde cum pannis ſericis ac deauratis cu-
nabulũ cooꝑuit. Hoc facto militi prece
pit vt cunabulum infra dolium poneret
et in mari proijceret vt nataret vbicũq;
deus diſponeret. Miles vero omnia ad
impleuit. Cũ doliũ in mari proiectũ fu
iſſet miles tamdiu iuxta mare ſtetit q̃ȝ
diu doliũ natare videret. Hoc facto ad
dñaȝ redijt ſed cũ iuxta caſtrũ ſuũ veniſ
ſet nuncius regis de terra ſancta ei ob-
uiabat ⁊ ait ei. Chariſſime vnde venis
Qui ait. De terra ſancta venio. Ait ille
Quales rumores habetis. Et ille. Do
min⁹ meus rex mortu⁹ ẽ ⁊ corpus ſuũ ad
vnũ de caſtris ſuis ductũ eſt. Miles h̃
audiẽs fleuit amare. Vxor eius ſupue-
niẽs cũ de morte impatoris audiſſet vl
tra q̃ȝ credi poteſt dolebat. Miles ſurre
xit ⁊ ait vxori ſue. Noli to flere ne domi
na noſtra ꝑcipiat. nihil ei dicemus quo
uſq; a puerperio reſurgat. Miles eni p⁹
hos ſermones ad dñam intrauit. vxor

eius ſequebatur eū. Cum domina eos
reſpexiſſet ⁊ eos ꝯſolatos perpendit. ait.
Cariſſimi ꝓpter quā cauſā eſtis triſtes
Ait illi. Dn̄a nō ſumus triſtes ſed po/
tiꝰ gaudētes. qꝛ liberati eſtis a graui ꝑi
culo in quo fuiſtis. Ait illa. Ita non
eſt indicate mihi nolite aliquid celare
a me ſiue bonum ſiue malū. Ait miles.
Quidā nūciꝰ de terra ſancta venit de do
mino noſtro rege fr̄e vr̄o q̇ narrat ru/
mores. que ait vocet̄ nūcius. Qui cum
veniſſet ait ei dn̄a. Quō eſt de domino
meo. Qui rn̄dit. Dn̄s veſter mortuꝰ eſt
et eius corpus ꝺ terra ſctā trāſlatū ē ad
caſtrū ſuū vt cū patre vr̄o ſepeliret̄. Do
mina cū h̄ audiſſet ad terrā cecidit. Mi
les vidēs dolorē dn̄e ī t̄rā iacuit. Uxor
militis cū eis ac nūciꝰ. Oēs iſti per ma
num ſpacium iacebant ⁊ in eis pre ma
gno dolore nō eſt vox nec ſenſus. Dn̄a
vero poſt magnū ſpaciū ſurrexit. crines
capitis traxit. faciē vſq ad ſanguis ef/
fuſiōꝫ dilacerauit ⁊ alta voce clamauit
heu mihi pereat dies ī qua concepta erā
Nox illa non numeret̄ in qua ſum nata
Quantas habeo iniquitates ⁊c. In me
ſunt cōpleta. Periit ſpes mea. fortitudo
mea. frater meꝰ vnicuſ dimidiū aīe mee
quid faciā ego de cetero penitꝰ ignoro.
Surrexit miles ⁊ ait. O dn̄a cariſſima
audite me. Si ꝓpter dolorē teipſam ne/
caueris totū regnum ꝑibit. Tu ſola es
derelicta ⁊ iure hereditario regnū tibi de
betur Si ergo teipſam occideris regnū
ac ꝑdiū ad extraneos cōualabit. Sur/
gamus ⁊ ad locū vbi corpus iacet acce/
damus ⁊ honorifice eū ſepeliemus. De
inde ſtudeamꝰ quō imperium regere de
bemus. Illa vero ex verbis militis con
fortata ſurrexit ⁊ cum honeſta comitiua
ad caſtꝝ fratris ſui acceſſit. Cū aūt itraſ
ſet corpus regis ſup feretꝝ inuenit. ſup
corpus cecidit. A plāta pedes vſq ad ꝟ
ticem oſculata eſt eū. Milites vidētes
nimiū dolorē in ip̄a de funere dominam
retraxerūt ⁊ in camerā introduxerūt et
corpus ſatis honorifice ſepulture tradi/
derunt. Poſt hoc quidā dux burgundie
ſolēnes nuncios ad eaꝫ miſit vt ei ī vxo
rem cōſentiret. Illa vero ſtatim reſpon
dit. Quādiu vixero virum non habebo.
Nuncij hoc audiētes volūtatē eius do/
mino nunciabant Dux hoc audiēſ indi
gnatus ē contra eā et ait. Si eā habuiſ
ſem rex illiꝰ regni fuiſſem ſꝫ ex quo me
vilipēdebat de regno ſuo paꝝ gaudebit
Exercitū collegit regnū intrauit. cōbu
rebat ⁊ occidit infinita mala ꝑpetrabat
⁊ victoriā in oī bello obtinuit. Dn̄a ad
quādam ciuitatē bn̄ muratā fugā peti/
it. in qua erat caſtꝝ fortiſſimū ⁊ in ea ꝑ
multos ānos ꝑmāſit. Iā ad puerū ꝓ
iectū in mare redeamꝰ Doliū cū pue/
ro ꝑ mlt̄a regna trāſijt quouſq iuxta ce
nobiū monachoꝝ ꝑuenit. ⁊ h̄ feria ſexta
Eodē die abbas illiꝰ mōaſterij. ad litus
maris prexit ⁊ piſcatoribꝫ ait. Cariſſi/
me eſtote parati ad piſcādū. Illi vero re
thia ſua ꝑabant. dū vero ſic ꝑparēt doli
um cū fluctibꝫ maris ad terraꝫ ꝑuenit.
Ait abbas ſeruis ſuis. Ecce doliū aperi
atis ⁊ videatis q̇d ibi lateat. Illi vero
doliū aperuerūt et ecce puer paruus p̄/
cioſis pānis inuolutꝰ abbatē reſpexit ⁊
riſit. Abbas vero totaliter de viſu cōtri
ſtatus ait. O deus meus quid eſt hoc ꝙ
inuenimꝰ puerū in cunabulo. Proprijs
manibꝫ eū leuauit. tabellas ſub latere
eius inuenit quas mater ibidē poſuit ⁊
legit ꝙ puer ille inter fratrē ⁊ ſororē eſ/
ſet genitus nec baptiſatus ſed ꝓpter dei
amorē petit̄ vt ſacramentū baptiſmi ei
daretur. Deinde cum auro quod ad ca
put eius inueniret̄ nutriret̄. ⁊ ad pedes
argētum ꝑ qꝺ ſtudiū exercet Abbas cū
hec legiſſet ⁊ cunabulū precioſis pannis
ornatum vidiſſet intellexit ꝙ puer ꝺ no
bili ſanguine eſſet. ſtatim eū baptiſari
fecit et ei ꝓpriū nomen impoſuit. ſ. Gre/
gorius. ⁊ puerū ad nutriendū vni piſca
tori tradit. Danſq ei pondus qꝺ inue/
nit. Puer vero creſcebat. et ab omnibꝫ
eſt dilectus quouſq ſeptē annos in eta
te cōpleuiſſet. Abbas ſtatim ad ſtudiū
eum ordinauit. in quo miro modo ꝓfec
ita ꝙ omnes monachi cenobij tanq ſu
um monachū dilexerūt Puer vero infra
pauca tempa omnes in ſciētia trāſcen/
dit. Accidit quodā die vt cū filius pi/
ſcatoris cū pila quadā luderet et dic tū

nuo multū dolebāt. eo ꝙ nullū indiciū
de eo reꝑire poterāt. Cum aūt iter age/
rent. appꝛopinquerūt mari/ ⁊ inueniē/
tes nauim in ea nauigare ceperūt. Vi
dens aūt dñs nauis vxoꝛē euſtachij ꝙ
pulcra eſſet nimis. ipam hr̄e deſiderauit
Cum vo tranſfretaſſent/ naulū ab eis
exigebat. nō hn̄tibꝰ illis vn̄ ſoluerent/
iuſſit ꝑ naulo retinere vxoꝛē. volenſqꝫ
eam ſecū hr̄e. Qd vt euſtachi⁹ audiuit
nullaten⁹ ꝯſentire voluit. Eo ꝯtradicē/
te innuit dñs nautis ſuis vt eū in ma
re ꝑcipitarent/ vt ſic vxoꝛē ſuā hr̄e poſſ

Quod vt euſtachi⁹ comperiſſet vxoꝛē
eis triſtis reliquit. ⁊ duos infantes ac
cipiēs ingemiſcēs ibat dicēs. Ve mihi
et vobis. qꝛ mater vr̄a alienigene ma/
rito tradita eſt. ꝑueniēſqꝫ ad q̄ndā flu
uium, ꝓpter aquaꝝ abūdantiā/ nō ē au
ſus cum duob⁹ filijs ꝑtranſire. ſed vno
circa ripā fluminis relicto alterꝝ trāſpoꝛ/
tauit. Qui cū fluuiū trāſfretaſſet illū in
fantē quē baiulauerat ſup terrā poſuit
et ad accipiendū aliū feſtinauit. Cū
aūt circa mediū fluminis ꝑueniſſet. ecce
lupus ꝯcitus venit/ ⁊ infantē quē depo
ſuerat rapiēs in ſiluā fugit. Qui de eo
deſpatus ad aliū feſtinauit. Sed cum
abiret leo aduenit ⁊ alterꝝ infantē rapu
it ⁊ abſceſſit/ vn̄ eū ſeq̄ nō valens cū eēt ī
medio fluminis/ cepit plangere et capil
los ſuos euellere/ volēs ſe in aquā ꝓij
cere niſi eū diuina ꝓuidētia conſeruaſſet
Paſtoꝛes aūt vidētes leonē puerꝝ viuū
poꝛtantē. eum cū canibꝰ inſecuti ſunt.
Per diuinā aūt diſpēſationē leo puerꝝ
illeſum abijciens receſſit. Quidā inſu
per aratoꝛes poſt lupū clamātes de eius
faucibꝰ puerꝝ aliū incolumē liberauerūt
Utriqꝫ vo paſtoꝛes ⁊ aratoꝛes de vno
vico fuerūt/ ⁊ penes ſe pueros nutrierūt
Hoc aūt euſtachi⁹ neſciebat. ſꝫ merēs
ac ploꝛans ibat dicēs. Heu mihi quia
ante vt arboꝛ pollebā ſed mō penit⁹ nu/
datus ſum. Heu mihi qꝛ multitudine
militū circūdari ſolebā. ſꝫ mō ſolus re/
manens nec filios conceſſus ſum hr̄e.
Memini te dñe mihi dixiſſe qꝛ optet
me temptari ſicut iob. Ecce pluſqꝫ iob
aliq̄d ī me fieri vides. Ille eni ⁊ ſi om
nibꝰ nudatus fuerit. tn̄ ſtercus habuit
ſup quo ſedere potuit Mihi aūt nihil
hoꝝ remanſit. Ille amicos ſibi cōpatiē
tes habuit. Ego feras habui ī amicos
que filios meos rapuerūt Illi vxoꝛ eſt
relicta/ a me vo ablata. Da requiē do
mine tribulatiōibꝰ meis/ ⁊ pone cuſto
diā oꝛi meo. ne declinet coꝛ meū in ver
ba malicie ⁊ eijciat a facie tua. Hīs di
ctis cū lacrimis ad quēdam vicū abijt
et data ſibi mercede agnos illoꝝ hoim
per annos q̄ndecim cuſtodiuit. Filij āt
eius in altero vico ſunt educati. nec ſe

fratres eſſe ſciebant. Dñs aũt nauis
vxorē euſtachij ↄſuauit nec eũ ille alie
gena cognouit. ſed potiꝰ eam ītactũ di
mittens vitā finiuit. Jmpator autem
et pplſs romanꝰ plurimũ ab hoſtibꝫ mo
leſtabatꝛ/ ⁊ recordatꝰ placidi ꝗ ſtrēnue
ↄtra eos dimicaſſet. de eius ſubita mu
tatiōe pluries triſtabatꝛ. dixitq; mul
tos milites ꝑ diuerſas mūdi ꝑtes ꝓmit
tēs oībꝫ q̄ eũ inuenirēt mltas diuitias
⁊ honores. Quidā aũt ex militibꝫ q̄ ali
qñ placido miniſtrauerant ad ipm vi
cum in quo degebat venerūt/ quos placi
dus de agro venit/ ↄſiderans eos ex in
ceſſu ꝓtinꝰ recognouit ⁊ ingemiſcendo
ꝑturbari cepit/ cogitans dignitatē quā
olim habuit ⁊ in corde ſuo dixit. Dñe
ſicut iſtos qui aliqñ mecũ fuerūt ꝑter
ſpem nunc vidi/ da vt ↄiugē meā vide
re poſſim. nā de filijs ſcio ꝙ a feris ↄme
ſti ſunt. Venit eni ad eū vox dicēſ. Cō
fide euſtachi. qꝛ cito honorē tuũ recupe
rabis ⁊ filios ⁊ vxorem recipies. Cum
igitur militibꝫ obuiaſſ̄. ipi eũ minime
cognuerunt. Cunq; eũ ſalutaſſent q̄ſie
runt ſi aliquē ꝑegrinũ noīe placidũ cũ
vxore ⁊ cum duobꝫ filijs cognoſceret.
Jlle āt ſe neſcire ꝓfeſſus ē ad ꝑces tñ
eiꝰ in hoſpitiũ diuerterūt/ ⁊ placidꝰ eis
ſeruiebat/ ⁊ recolēs priſtinũ ſtatũ ſuũ
lacrimas cōtinere nō poterat. Egreſſus
aũt foras faciē ſuā lauit/ ⁊ iterꝫ rediens
eis ſuiebat. Jlli vo ↄſiderantes ad in
uicē dixerunt. ꝗ ſimilis eſt hic hō illi
quem q̄rimꝰ. Et rñdēs alter dixit. Val
de ſimilis ē. Conſideremꝰ igit ſi habꝫt
ſignũ cicatricis in capite qd ſibi in bel
lo accidit/ ipſe vo eſt. Et reſpicientes
et ſignũ videntes ipm eſſe quē q̄rebāt
protinꝰ cognouerūt/ ⁊ inſiliētes ⁊ oſcu
lantes eũ de vxore ſua ⁊ filijs ſciſcitati
ſunt. qui dixit eis ꝙ filij mortui eſſent
et vxor detenta. Vicini aũt oēs ad ſpe
ctaculũ cōcurrebāt/ dum milites vtu
tem ⁊ primā gloriā narrabāt. tunc ꝑce
ptũ impatoris milites ei expoſuerūt. et
optimis veſtimentis ipm induerūt. Poſt
iter q̄ndeci dierꝫ ad impatorē venerūt
qui eiꝰ aduentũ audiēs eidem ꝓtinus
occurrit/ ⁊ in oſcula pacifica eius ruit
Narrauitq; oībus ꝑ ordinē cuncta q̄
ſibi acciderāt/ ſtatī ad magiſteriũ mili
cie trahitꝛ/ ⁊ idem officiũ qd habuerat
prius exercere cōpellitꝛ. qui numeratis
militibꝫ ⁊ paucos ↄ hoſtes eſſe cogno
ſcens iuſſit tyrones colligere ꝑ oms ci
uitates ⁊ vicos. Contigit aũt ⁊ illā ter
ram deſcribi/ in q̄ filij ſui educati fue
rant vt darent duos tyrones. Uniuer
ſi aũt eiꝰ loci incole illos duos iuueneſ
tanq; pre ceteris aptiores magiſtro mi
litum cōſignauerūt. Videns ꝗ illos du
os iuuenes elegātes et morꝫ honeſtate
cōpoſitos cũ ſibi plurimũ placuiſſent i
ter primos in acie ordinauit. et ſic ꝓfe
ctus ad bellũ ſubiectis hoſtibꝫ exercitũ
ſuũ tribꝰ diebꝫ in quodā loco vbi vxor
ſua hoſpita manebat/ requieſcere fecit.
vbi hoſpitati ſūt filij/ ignorātes tñ om
nino ꝙ mr ſua eſſet/ ⁊ ſedētes circa me
ridiē ⁊ mutuo ↄfabulantes/ exponebāt
ſibi inuicē de infantia ſua. Mater vero
illorꝫ duorꝫ iuuenũ ecōtra ſedens q̄ ipi
referebāt attentiꝰ audiebat. Dixit ma
ior minori. Ego dũ infans eſſem nihil
oīno recolo/ niſi ꝙ dilectiſſimꝰ pr meꝰ
magiſter militũ erat/ et mr mea valde
ſpecioſa. duoſq; filios habuit. ſcilicet
me ⁊ aliũ minorē me. qui etiā ipſe aliꝰ
frater meꝰ valde ſpecioſus erat. Accipi
enteſq; nos. ſ. me ⁊ frēm meũ ꝑntes no
ſtri egreſſi ſunt de domo paterna nocte
ingreſſiq; ſunt ambo ſil nauē/ me ⁊ frēꝫ
meũ ſecum recipientes/ neſcio tñ quo
euntes. Cũq; āt de naui egrederemur
mater nr̄a quomō neſcio i mari relicta
eſt. Pater vo nr̄ portans nos duos ꝑ
gebat flens/ perueniēſq; ad q̄ndā fluuiũ
tranſiuit cũ fratre meo mīore ⁊ me ſu
ꝑ ripā fluminis reliq̄t. Cũ āt reuerteretꝛ
vt me acciperet lupꝰ venit ⁊ illũ infantē
rapuit. et anteq; ad me appropinq̄ret
leo de ſilua exiens me rapuit ⁊ in ſiluā
duxit. Paſtores vo me de ore leōis eri
puerūt/ ⁊ nutritꝰ ſum in illa poſſeſſione
in q̄ ⁊ ipſe ſcis ⁊ nō potui ſcire qd factũ
ſit de pr̄e meo neq; de fratre. Audiens
hec mīor frater cepit flere ⁊ dicere. Per
deũ vt audio frater tuꝰ ego ſũ. qm̄ qui
me educauerūt mihi dixerūt quomodo

me eruerūt de faucibus lupi. Et in amplexus ruentes oſculabātur ſe inuicē et fleuerunt. Audiens h' mr̄ eoꝝ et cōſiderans q' euentū ſuum ita ſeriatim dixiſſent diu apud ſe tractauit ſi filij ſui eſſent. Altera aūt die magiſtꝝ militum adijt ⁊ interpellauit dicēs Deprecor te dn̄e vt me ad patriā tuā pduci iubeas Ego ſum de terra romanoꝝ ⁊ hic pegrina ſum. Hec dicēs vidit ī eo ſigna mariti ſui/ ⁊ eū cognoſcēs cum iā ſe cōtinere nō poſſet/ pcidit ad pedes eius ⁊ ait Precor te dn̄e vt mihi exponas pſtinā vitam tuā/ puto enī q' tu ſis placidus mgr̄ militū/ qui alio noīe euſtachi' nūcupaf/ quē ſaluator ꝯuertit/ q̄ talē ⁊ talem tēptationē ſuſtinuit. cui vxor que ego ſum in mari ablata fuit q̄ tn̄ ab oī corruptione ſuata ſum/ q̄ duos filios agapitum ⁊ theoſbytū habuit. Audiēs hec euſtachi' ⁊ ipam diligēter ꝯſiderās vxorē ſuā eſſe recognouit/ ⁊ lacrimas pre gaudio fudit. Ipſam oſculat' ē glorificans deū q̄ cōſolaf afflictos. Tūc dixit ei vxor ſua. Dn̄e vbi ſūt filij nr̄i. Qui dixit. a fer' capti ſūt. Et expoſuit ei quō eos pdidit. Et illa. Grās agam' dn̄o/ puto enī vt queadmodū deus donauit nobis vt inuenerem' nos inuicē/ dabit etiā recogſcere nobis filios nr̄os. At ille. Dixi tibi q' a feris deuorati ſunt. Cui illa. Heſterna die ſedēs ī orto audiui duos iuuenes ſic et ſic ſuā infātiā exponentes/ credo q' ſint filij nr̄i. interroga eos et dicent tibi. Conuocans āt euſtachi' eos ⁊ audiēs ab eis infantiā ſuam recognouit q' filij ſui erāt. et amplectentes eos ipſe et mr̄ ſup eoꝝ colla plurimū fleuerūt ⁊ crebri' eos oſculabātur. Omnis āt exercit' plurimū gaudebat de iuentiōe eoꝝ ⁊ de victoria barbaroꝝ. Cum igif redirent cōtigit iam traianū obijſſe ⁊ ſucceſſiſſe ei peiorē in ſceleribus nomīe adrianum. Qui pro victoria obtenta ⁊ inuentōe vxorꝭ ⁊ filioꝝ magfice eos ſuſcepit/ ⁊ magnū cōuiuiū pparauit. Altera āt die ad tēplū idoloꝝ pceſſit vt ibi ſacrificaret p victoria barbaroꝝ Videns āt impator q' euſtachius nec p victoria nec p inuentione ſuoꝝ ſacrificare vellet/ hortabaf vt ſacrificiū imolaret. Cui euſtachius Ego xp̄m deū colo et illi ſoli huic ⁊ ſacrifico. Tunc impator ira repl et' ipm cū vxore ⁊ filijs in harena ſtatuit ⁊ leonē ferocē ad eos dimitti fec. Accurrēs vero leo ⁊ dimiſſo capite q̄ſi eos adorans ab eis hūiliter receſſit. Tūc impator boue ereū incendi fecit/ ⁊ eos ibidem viuos immitti mādauit. Orātes igitur ſcti ⁊ ſe dn̄o cōmendātes bouem intrantes/ ibidē dn̄o ſpm̄ reddiderūt Tertia aūt die ſunt de boue corā impatore extracti ⁊ ita penit' intacti īuēti ſunt/ q' nec capillos nec quicq̄ eoꝝ vapores incendij aliq̄tinus contigerunt. Chriſtiani vo eoꝝ corpa tulerūt. et in loco celeberrimo recōdentes ibidē oratorium ꝯſtruxerūt. Paſſi ſunt aūt ſub adriano q̄ regnare cepit circa ānos dn̄i xx. kal. nouembr. vl' ſm quoſdā. xij. kalendas octobr'. Expoſitio.

Atiſſimi. Iſte impator ē dn̄s noſter ieſus xp̄s. Placidus poteſt dici quilibet hō mundan' ī vanitatib9 ſeculi occupatus. qui pgit ad venandū ea q̄ ſunt mundana cū militibus ſuis. id eſt q̄nq3 ſenſib9. Tādē venit ad gregem ceruoꝝ in q̄b9 multum delectaf Cerui iſti qui ſūt inuētij/ ſunt viſus. audit' ⁊c. vba detractoria ⁊ vana et ſic de alijs ſenſib9 exteriorib9. Sed attendatis q' ceru' pulcrior cucurrit ⁊ receſſit a ſocietate alioꝝ quē toto conamine inſeq̄baf placid'. Ceruus ille ē ratio q̄ eſt optima potentia anīe quam homo tenef toto conamine in oīb9 opibus ſequi ſi deſiderat hr̄e vitam btām Ceruus ille aſcendit ripam. Ripa eſt iuſticia ſiue rectitudo quā ratio ſemper diligit/ ⁊ infra cornua rōnis vidit imaginē crucifixi. Cornua ſūt lex antiqua et noua In lege antiq̄ bn̄ pphetiſatum erat a multis de aduentu xp̄i et de eius morte. In lege noua clare videre poſſumus quō ⁊ q̄ morte p nr̄a ſalute mortuus eſt. ideo ceruus ille bn̄ dicit vt mundum deſpiciam'/ ⁊ ea q̄ in mūdo ſunt vt ſeq̄mur veſtigia xp̄i / ſic fecit placid' Sz poſſes dicere. Libenter eſſem in

ſtructus / quomõ veſtigia ieſu xp̃i ſeq̃ debeam. Ecce exemplũ in iſto btõ euſtachio. Primo renunciã vxori et filijs Vxor illa q̃ eſt ſpecioſa valde / eſt aĩa tua ad dei ſilr̃itudinẽ creata q̃ ſemp̃ eſt parata xp̃o obedire / ſi caro ei ↄſentiat Duo filij puuli ſunt volũtas et opus qui ſunt puuli q̃ʒdiu hõ manet deo contrarius. Vñ primo opꝫ p̃ pniam i terram cadere. deinde omĩa tp̃alia a te repellere. ſi nõ ope / tñ voluntate. Hoc ẽ ſic intelligẽdũ q̄ ſp̃ deũ omĩb᷒ p̃ponas. Poſt h̃ placidus ſurrexit ꝛ cũ vxore et filijs nocte nauẽ intrauit Sic tu cariſſime ſurge p̃ contritiõem cum bona voluntate ꝛ bonis opib᷒. et intra nauẽ ſcẽ eccleſie / ꝛ deus in oĩbus erit tibi ꝓpici᷒ Magiſter nauis eſt p̃latus qui libẽter nos retineret. Sed vxorem nr̃ã. id ẽ animã habet tenere in diuinis p̃cept̃. Et ſi contingat hoĩem vagari extra nauem eccl̃ie / amittere p̃t duos filios. ſ. voluntatẽ bonam ꝛ bonum opus q̃ prius habuit erga deũ. ſicut placidus fecit Placid᷒ intrauit fluuiũ / ꝛ infantes portauit / ꝛ lup᷒ vnũ cepit et leo aliũ. Per fluuiũ / mundũ intelligere debem᷒. Per leonẽ / dyabolũ. Per lupũ / ꝓpriã carnẽ. Dyabolus rapit a corde hoĩs bonam voluntatẽ. Caro / bonũ op᷒. Ratio dic̃ Bonũ eſt ieiunare ꝛ in bonis opib᷒ vigilare. Caro dicit. Melius ẽ bñ comedere ꝛ ſuauiter dormire. Quid ḡ eſt faciendũ Si illa duo ablata fuerint ab homine. ſ. bona voluntas ꝛ opus meritoriuꝫ. certe paſtores ꝛ aratores habẽt cum canib᷒ virilr̃ ſequi. Paſtores iſti / ſunt cõfeſſores diſcreti qui hñt nos dirigere ꝛ a via p̃ditionis reducere. Aratores ſunt p̃dicatores q̃ hñt terrã cordis noſtri p̃ ſacraꝝ ſcripturã arare / ſpinas peccatoꝝ euellere / ꝛ ỽtutes inſerere / vicia extirpare / et p̃ ↄſeq̃ns hoiem in ſeruitio dei nutrire. ita q̄ ſint duo in vna ciuitate. ſ. in vna dilectione ꝛ ↄcordia / ꝛ caro ſpiritui nõ ↄtradicat. Tunc rex miſit ad q̃rendũ placidũ. Sic deus miſit primo patriarchas ad hominem. ſecundo ꝓphetas. Sꝫ homo nolebat fateri eos cognoſcere donec venit fili᷒ dei et nos ſuo p̃cioſo ſanguĩe redemit. Jõ iuſtũ eſt vt hoſpitiũ dom᷒ nr̃e ſit mũdũ p̃ opa meritoria in quo nõ ſit peccatum. Et ſic apparebit vxor mũda et ſpecioſa ſcꝫ anĩa cũ duob᷒ filijs. i. cũ voluntate propria deo ſemp̃ ſuiendo per opa miſericordie. Et videas q̄ ſignũ habeas per q̃d poteris cognoſci ſic̃ placidus habuit. Signũ illud debet eſſe dilectõ dei et p̃rimi / vt deũ ſup̃ omĩa diligas ꝛ p̃rimũ tuum ſic̃ teipm̃. Et ſic poteris fieri mgr̃. ſ. oĩm ſenſuũ eos recte dirigendo Et ſic p̃ martiriũ macerationis ad vitam eternam puenire. Quod nobis ꝛc̃

De cuſtodia ꝛ circũſpectione habenda ad gregem commiſſum.

Caplm̃. cxi.

Quidam nobilis q̃ndã vaccam candidam habuit quã multũ dilexit p̃pter duo. Primo q꜖ candida erat Secundo q꜖ in dando lac abũdauit Nobilis ille pre nimio amore ordinauit / q̄ vacca duo cornua aurea habuit / ꝛ itra ſe cogitauit cui poſſ̃ vaccã ad cuſtodiendum dimittere. Erat enĩ tunc tẽpis quidã hõ nomĩe argus / q̃ debat in oĩb᷒ erat / ꝛ centũ oculos hẽbat. Nobil̃ iſte nunciũ ad argũ miſit vt ſine dilatione vlteriori ad eũ veniret. Qui cũ veniſſꝫ ait ei. Vaccam meã cuꝫ cornib᷒ aureis tue cuſtodie cõmitto. et ſi bñ cuſtodieris / te ad magnas diuicias ꝓmouebo. Si vero cornua fuerint ablata / morte morier̃. Argus ỽo vaccã cũ cornib᷒ recepit ꝛ ſecũ duxit. ſingulis dieb᷒ cũ ea ad paſcua p̃rexit ꝛ diligẽter cuſtodiuit et de nocte eam ad domũ reduxit. Erat q̇dam hõ cupidus noĩe mercuri᷒ ſubtilis valde in arte muſicali / qui miro modo vaccã habere cupiebat ſepe ad argum venit vt prece vel p̃cio cornua ab eo obtineret. Argus tenẽs in mãibus baculũ paſtoralẽ quã ſe in terrã fixit. et ait baculo in perſona dñi ſui. Tu es dominus meus nocte iſta ad caſtꝝ tuũ veniam. tu dicis mihi / vbi eſt vacca cũ cornib᷒. Ego rñdeo. Ecce vacca ſine cornibus. me enim dormiente latro

quidam cornua abſtulit. Tu dicis. O miſer nōne centū oclos habes/ quomō erat ꝙ oīs dormirēt ⁊ latro cornua abſtulit. Hoc ē mendaciū. Et ſic ero filiꝰ mortis. Si dicā vendidi filiꝰ mortꝭ ero dño meo. Deinde ait mercurio. Perge viam tuā; qꝛ nihil obtinebis. Mercuriꝰ receſſit/ ⁊ altera die cū arte muſicali ⁊ ſuo inſtrumēto venit. Qui cum veniſſet incepit cū argo more hiſtrionico fabulas dicere ⁊ plerunqꝫ cantare/ quouſqꝫ duo oculi argi incepērt dormire. Deinde ad cantū illiꝰ duo alij oculi dormitauerūt. ⁊ ſic deinceps donec vniuerſi ſomnū caperent. Qd cernēs mercurius caputargi amputauit ⁊ vaccā cum cornibꝫ aureis rapuit.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Ille nobilis eſt dñs noſter ieſus xp̄s Vacca candida anima ad dei ſilitudinē creata/ que dū manet ī puritate vite/ dat lac inuocationis ⁊ orōnis ꝓpter q̄ duo multū a deo diligiť. ⁊ iō dedit ei cornua aurea. qꝛ ꝑ vtrunqꝫ ſaluati ſūt plures hoīes poſt mortē xp̄i. Vacca illa cum cornibꝫ trahiť argo. i. plato. Vñ argus cum centū oculis claris viꝝ ꝓuidum et diſcretū ac vndiqꝫ circūſpectū ſigficat qui ſemꝑ habet vigilare iuxta gregem ſibi cōmiſſuȝ. Vñ ezechiel. iij. dr̄ plato Si nō annūciauerꝭ ei neqꝫ locutꝰ fuerꝭ vt auertať a via ſua impia vt viuat. et ipſe impiꝰ in iniq̄tate ſua morieť ſanguinē eiꝰ de mãu tua requiraȝ. Si aūt annūciauerꝭ impio/ ⁊ ille nō fuerit cōuerſꝰ ab ipietate ſua ⁊ a via ſua peſſima ipſe q̄dem ī iniq̄tate ſua morieť. tu aūt aīam tuā liberaſti. Sȝ heu multi baculum paſtoralē. i. ꝑtātem ſuā aū oculos hoīm oſtendunt vt videanť/ ⁊ vt ab hoībꝫ honorenť. Sed ſepe cōtingit cum venerit aliq̄ temptatio dyabolica. ſ. audiendo cantꝰ muſicales. i. mulieꝝ. Que cum ſepe ab hoībꝰ libenter audiunť. ⁊ in illis delectanť intantū ꝙ a ſue circūſpectōis vigilātia cadunt. et dormiēte ipoꝝ prudentia ſpiritualr̄ pereant/ ⁊ vaccā id ē. aīam quā diligenter ſuare debent ꝑ peccatum amittūt. Vñ caput a talibꝫ amputatur. id eſt btā vita quā deo ꝓmiſerūt ꝑ opa meritoria ſuare. Mercuriꝰ id eſt dyabolꝰ aufert ab eis vitā eternā ducendo vaccā. i. aīam ad infernum A quo nos cuſtodiat dñs nr̄ ieſus xp̄us q̄ cuȝ patre ⁊ ſpū ſancto ſine fine viuit ⁊ regnat. Amen.

De curatione anime per medicinā ſupercelestis medici qua quidā curanť et quidā non. Capitulum. cxij.

Gorgoniꝰ regnauit qui vxorē pulcrā accepit/ q̄ ꝯcepit ⁊ pepit filium. puer creuit ⁊ ab oībꝫ eſt dilectꝰ Cum autē decē annos in etate habuit/ mortua eſt mater eius ⁊ tradita honorifice ſepulte. Poſt hꝰ ex conſilio multoꝝ rex aliam vxorem duxit. q̄ filiū prime vxoris non dilexit. ſed opprobria mlt̄a ſibi intulit. Rex autē hoc ꝑcipiens/ volēs placere vxori filium ſuum extra impiū ordinauit. Filius expulſus artē medicine ſtuduit/ ⁊ intantum ꝓfecit ꝙ factꝰ ē magnꝰ ⁊ ꝑfectus medicꝰ. Audiēs rex ꝙ filius ſuꝰ in ſtudio ꝓfecit/ gauiſus eſt valde Accidit infra tēpus breue ꝙ rex in grauem infirmitatē cecidit. lr̄as ꝑ filio deſtinauit. vt ad eum ſine vlteriori dilatione veniret/ et euȝ ab infirmitate liberaret. Filius vero vt volūtatē p̄ris intellexit ad prēm venit ⁊ eū ꝑfecte curauit. Vñ fama eiꝰ ꝑ totum regnuȝ volauit. Poſt hec regina nouerca eiꝰ vſqꝫ ad mortē infirmabať/ ⁊ medici ex oīi parte ſunt adducti q̄ oīs eam ad mortem iudicabant. Hoc ꝑcipiens rex cōtriſtatꝰ eſt valde/ rogauit filium vt eā curaret. Et filiꝰ ait. Petitionē vr̄āȝ implere nolo. Cui pr̄. Extra regnuȝ meū te expellam. Cui filiꝰ. Si ſic agitis iniuſte mecum faciťꝭ. Pater ac benigniſſime genitor bñ conſtat vobis ꝙ me filium veſtꝝ extra regnum expuliſtis ꝓpter eius ſuggeſtionē. vñ mea abſentia dilectiſſime pater fuit cauſa veſtri doloris ac infirmitatꝭ. ⁊ mea p̄ſentia eſt cauſa doloris ⁊ infirmitatꝭ regie. videlicet nouerce mee. iō nolo eā curare. ſȝ potiꝰ volo ab ea recedere Ait pater filio ſuo

Eundē morbū habȝ regīa nouerca tua quē ego habui / me prēm tuū pfecte curasti. sic etiā ꝛ nouercā tuā cura. Rn̄dit filius pr̄i. Pr̄ mi dilecte licet sit eadeȝ infirmitas: nō tn̄ eadem ꝯplexio ē tibi et sibi. Quicqd ḡ tibi feci gratū ꝛ ratū habuisti qn̄ palaciū itraui ꝛ me vidisti curat⁹ fuisti. Nouerca mea qn̄ me videt grauat̃. Si loquor intendit̃ dolor. si tāgam eā extra seipam rapit̃. Et iō nihil mag⁹ expedit egris curandis nisi dare eis qd̄ volūt ꝛ qd̄ desiderāt. Et sic p tales allegatiōes fili⁹ euasit / et nouerca defuncta est.

Moralisatio

Karissimi. Rex iste pōt dici primus parens adam q̄ locū ꝛ imperiū hēbat. s. padisum quē de⁹ dominū toti⁹ mōi ꝯstituit. Psal. Omnia subiecisti sub pedibꝫ ꝛc. Qui despōsauit pulcrā vxorē. i. aīam ad dei silitudinē creatam ex q̄ genuit filiuȝ. i. xp̄m sua pgenie pductū q̄ntū ad hūanitatē Uxor. id est aīa morit̃ spūalr̃ p pctm̄ quod ꝯmisit. statim duxit aliā vxorem scilicet iniq̄tatē et miseriā in quā cecidit p quā padiso priuabat̃ / ꝛ in isto mūdo ponebat̃ vbi i sudore et labore vixit Filius dei q̄ erat de sua pgenie s̄m carnem de imperio celesti ꝓpter nrāȝ infirmitatē ꝛ iniq̄tatē descendit / q̄ fact⁹ est noster medic⁹ oīs infirmitates curat intantū ꝙ fama eius in celo ꝛ in terra et in iferno volauit. Sed pr̄ noster adā grauiter infirmabat̃ p pctm̄ cōmissum tam in corpe ꝙ in aīa. In corpe perdidit gloriā et honorē qn̄ de padiso est expulsus. In anima q2 a deo sepat⁹ est ꝛ in infernū collocatus. Deus ergo optime ꝛ pfecte illū sua bn̄dicta passiōe curauit. Sed nouercam. s. dyabolum cui per pctm̄ cōiunct⁹ erat nunq̄ꝫ volebat curare. Dic mihi q̄re cum habuerunt eandē infirmitatē. q2 ambo p pctm̄ ceciderunt. Ad h̄ dico. Licet ambo peccauerunt: tn̄ alio ꝛ alio modo. Diabolus sine suggestione ꝛ ex ꝓpria malicia. Homo ergo p dyabolū temptat⁹ / ꝛ ex fragili materia plasmat⁹ in pctm̄ cecidit et oleum misericordie petijt. Ideo medic⁹ dn̄s noster iesus xp̄s hoiem curauit. sed nō nouercā. s. dyabolū. Nouerca illa ē causa quare filius dei a multis homibꝫ in aliam regionē mittit̃ / ꝛ ab eis expellit̃. Sed ecōuerso pn̄ia diuīa est cā mortis diaboli. q2 ambo se nō cōpatiunt̃.

De spūali pugna et remuneratiōe pro victoria.

Capitulum. cxiij.

Adonias regnauit diues valde q̄ torneamenta ꝛ hastiludia m̄tū dilexerat. Vn̄ qdā torneamētū fecit proclamari / vt q̄cunqꝫ se i torneamēto melius hrēt mercedē ꝯdignā a rege obtineret. Hoc audiētes nobiles ꝛ optimates ad torneamētū venerūt. rex ordinauit vt milites diuiderent̃: ita ꝙ ex vna pte pl̄es ordiauit in certo nūero et tot ex alia pte. Illi vero q̄ primo ordinati fuerunt oīa scuta sua et arma in loco ad hoc deputato p ordinē posuerūt. Rex precepit vt q̄cunqꝫ ex alia pte scutum alterius cū hasta tangeret. statim ille cui⁹ scutū tactū eēt ad torneamētuȝ secū descēderet. ꝛ vna puella ad h̄ electa illū armaret. et sic ꝯ alium luderet. ꝛ si aliū in ludo superaret / illo die corona regis coronat⁹ esset: ꝛ in regali mensa collocaretur. Miles qdam h̄ pcipiens / diligenter oīa scuta respexerat / ꝛ vnū scutū vidit in quo erant tria poma aurea q̄ miro mō hr̄e desiderabat. scutum illd̄ tetigit. Alius aūt cuius erat scutū / statim a puella se armari fecit ꝛ descendit et contra eū lusit in quo ludo caput ei⁹ qui scutū suum tetigit āputauit ꝛ mercedem condignā accepit.

Moralisatio.

Karissimi. Iste impator est dominus nr̄ iesus xp̄s qui contra dyabolum pugnauit. Primo in celo cōmissum est torneamentū. id est bellū inter deum ꝛ diabolū quando michael / ꝛ angeli eius pliabant̃ cū dracone ꝛ postea in terra i die pasceues Sz redeam⁹ ad ꝓpositū. De⁹ habet tria scuta seu signa. s. potētiā q̄ est scutū patr̃. sapiam que ē scutū filij. bonitatē q̄ est scutum spiritussancti. Illa tria scuta

deus poſuit in vno loco determinato. ſ.
in natura hūana qñ creauit hoīem ad
imaginē ⁊ ſilitudiē ſuā. Prim⁹ hō dña-
batur oībus beſtijs. ecce potētiā q̄ eſt
ſcutū pr̄is. Prim⁹ hō plenā habuit ſci-
entiā de oībus rebꝫ: ecce ſapientiā q̄ eſt
ſcutū filij. Prim⁹ hō creatus ē in gr̄a et
dilectiōe dei ⁊ primi. ecce bonitatē que
eſt ſcutū ſpūſſci. Malign⁹ vo ſpūs i ma
lo obſtinat⁹/ volēs pugnare ꝯ deū/ ac-
ceſſit ad hoīem in quo tria ſcuta trium
pſonaꝝ erāt appenſa. ⁊ vnū tetigit non
ſcutū pr̄is dicēs. Si comederitꝭ eritis
potentes ſic dij. Nō ſcutū ſpūſſci dicēs
Eritis boni veri amātes. Sꝫ tetigit ſcu
tum filij i quo repta ſunt poma aurea.
ſcꝫ opatio trinitatꝭ dicēdo. Si comede
ritis ex iſto fructu/ eritis ſic dij ſciētes
bonū ⁊ malū. Tactū ḡ eſt ſcutū filij dei
quare decuit vt deus pr̄ mitteret filiū
qui malignū ſpm̄ p nobis expugnaret
Illū dei filiū armauit vna virgo electa
ſcꝫ btā virgo maria de q̄ hūanā naturā
aſſumpſit. cū q̄ nos ad vitā eternā per
(ducit.

De liberatione hūani ge-
neris a fouea infernali.

Capitulum. cxiiij.

Erat quidam
rex/ in cu⁹ impio q̄dā paup
habitabat q̄ ſingulis dieb
ad q̄ndā ſiluā pgebat vt ligna colligeret
ad vendēdū p q̄ poſſet victū ⁊ veſtitū ac
quirere. Accidit q̄dā die q ad ſiluā cū
aſino ſuo pgeret/ a caſu infra denſita-
tem nemoris cecidit. ⁊ ſubito in q̄ndā
foueā receptus ē. de q̄ nllo mō poterat
exire. In q̄ fouea erat draco horribilis
qui totā foueā interi⁹ cū ſua cauda cir-
cumuoluit. In eadē fouea erant ſerpē
tes multi in ſupiori pte fouee. in pro-
fundo vel in medio erat q̄dā lapis ro
tund⁹. ad quē oēs ſerpentes ſingl'is die
bus ſemel in die aſcendebāt ⁊ illū lam
bebant. Deinde draco ſimili mō lambe
bat lapidē. Paup cū h vidiſſ intra ſe
cogitabat. Multis dieb in iſta fouea
ſine alimēto ſteti/ niſi cibū habuero fa
me peribo. pgam igit ad illū ⁊ lambere
volo ſicut ſerpens ⁊ draco fecerūt. Per
rexit itaqꝫ ad lapidē, incepit lambere
et inuenit in lapide oēm ſaporē quē cor
eius deſiderabat. et ſic eſt refocillatus
ac ſi omnia cibaria mūdi comediſſꝫ ſi-
ue bibiſſet. Infra paucos dies factū ē
tonitruū magnū ⁊ horribile/ ita q oēs
ſerpentes vn⁹ poſt aliū exiuit. Cum vo
nullus ſerpens remaneret i puteo/ dra
co incepit extra foueam volare. Paup
vero hoc vidēs caudam draconis tenu-
it. Draco eum de fouea leuauit/ et ad
magnā diſtantiā extra foueā proiecit.
Ille vero p aliquos dies ibidem ſtetit
penitus ignorans viam extra nemus.
Accidit eni q quidā mercatores vene-
runt/ et eum extra nemus ad viā rectā
duxerunt. Ille vo gauiſus ē valde. Ad
ciuitatē redijt/ ⁊ oībus denūciauit quō
ei acciderat. et ſtatim poſt hoc vitam
finiuit.

Moraliſatio.

Ariſſimi. Iſte rex eſt pr̄ celeſtꝭ
Pauper ille poteſt dici quilibꝫ
homo qui nudus eſt egreſſus de
vtero matris ſue/ qui intrat nemus. ſ.
mundū iſtum. Unde ſepe cadit in foue
am profundā quando cadit in peccatū
mortale/ vbi iacet in magno periculo.
Quia ſub poteſtate dracōis. id eſt dya
boli. Serpentes qui ſunt cum eo in fo
uea/ ſunt alia peccata venialia per que
homo intoxicatur velut per ſerpentem
Lapis rotundus in medio eſt chriſtus
Un pſalmiſta. Lapidem quē reproba-
uerunt edificātes ⁊c. In eo inuenitur
omnis ſapor ⁊ dulcedo. Ad illum debe
mus tempe tribulationis recurrere ⁊
cum deuota orōne lambere. Tonitruū
magnum eſt confeſſio pura facta cum
contritione coram ſacerdote. De quo
tonitruo. ſcilicet confeſſione oēs ſer-
pentes. id eſt peccata ⁊ demōes quos ad
nos per peccata vocamus terrentur et
depelluntur. Et draco. id eſt dyabolus
expellitur. Mercatores. id eſt pdicato
res et confeſſores qui quotidie lucran
tur animas quas dyabolus conat̄ au-
ferre. Iſte tunc deducitur in viā rectā
ciuitatis ſancte hierlm. Ad quam nos
perducat dominus noſter ieſus chriſt⁹.

De morte chriſti pro noſtra reconcilia
tione. Capitulum.cxv.

ERat quidam
imperator qui quondā foreſtā
habebat in q̄ fuerat quidam
elephas/cui penit⁹ nullus appropinq̄re
audebat. Audiens vero h̄ rex a philoſo
phis ſuis ⁊ ſapientib⁹ naturā elephan
tis q̄ſiuit. Illi vero r̄nderūt ⁊ dixerūt ꝙ
elephas mūdas v̄gines multū dilige
ret. Rex hoc audiēs ſtatī fecit inq̄ri du
as puellas honeſtas ⁊ pulcras ac dulci
ter cantātes q̄s in regno ſuo habebat.
Inuēte ſunt igiť due v̄gines ſat⁊ pul
cre ⁊ honeſte q̄s rex feč denudari ⁊ fore
ſtā ſic nude īttrare. vna eaꝝ peluī accepit
altera gladiū ⁊ intrabāt. In introitu in
ceperunt dulciter cantare. Hoc audi
ens elephas venit ad eas/cepit mam
millas eaꝝ lambere. v̄gines ꝯtinue cā
tabāt quouſq; elephas in gremio vni⁹
virginis req̄euit. Alia v̄go videns ele
phantē in gremio alteri⁹ v̄ginis dormi
re/cū gladio eū occidit. ⁊ v̄go in cuius
gremio dormiuit peluim de ſanguīe ele
phantis repleuit. ⁊ ſic ad regē ꝑtulit.
Rex vero gauiſus ē valde/ ſtatī fecit fie
ri purpurā ⁊ mlťa alia de eodē ſanguīe.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Iſte imꝑator eſt pr̄
celeſtis. Elephas dn̄s noſter
ieſus xp̄us q̄ ante incarnatio
nem erat ſatis auſterus. Due v̄gines
fuerūt maria ⁊ eua/q̄ ambe erāt nude
ab om̄i pctō. Maria ſanctificata ī vte
ro. Eua collocata in ꝑadiſo. Eua gladi
um portauit. id eſt peccatū/quod cōmi
ſit contra dei p̄cepta. ꝓpter qđ xp̄s ver⁹
elephas mortuus ē. Maria peluim id
eſt vteꝝ virgineū in quo concept⁹ erat
chriſtus et eius humanitas formata.
Elephas vbera lambebat. i. legē; anti
quam ⁊ nouā que ſunt duo vbera per q̄
lac ſalut⁊ ſugere poterim⁹. Chriſt⁹ vtra
q; lambebat. id eſt vtranq; legē imple
uit cū ſanguinē ſuū effudit. de cui⁹ ſan
guine anime nr̄e facte ſunt purpurate
om̄i honore ⁊ gaudio plene. vt ſic ſi vo
lumus vitam eternā poſſideamus.

De dilectione dei quomō om̄s nos
equaliter diligit vſq; dum ip̄m ꝑ pecca
ta noſtra deſpicim⁹. Cap̄.cxvi.

Pipin⁹ regna
uit qui q̄ndā pulcram puel
lam deſponſauit/q̄ ꝯcepit et
ꝑpit elegantē filiū/ſ; in ꝑtu mortua ē
Duxit aliam/⁊ ex illa etiā filiū genuit
Vtrunq; filiū ad nutriendū in longin
quas ꝑtes miſit. Iſti duo ꝑ omnia ſibi
inuicē erant ſimiles. Cum v̄o ꝑ longa
tempa morā traherent/ mater ſecundi
filij ſuum filiū videre cupiebat/preces
regi fundebat vt filiū ſuū videre poſſ
Rex ei conceſſit nunciū pro duob⁹ fili
is deſtinauit. Cum autē filij veniſſent/
ita per omnia ſimiles erant. licet tn̄ ſe
cund⁹ eſſet minoris q̄ntitatis ⁊ etatis
quia forte vni⁹ anni. nihilominus tn̄
tantus erat ſcd̄s quātus prim⁹ ſic mul
totiens cōtingit. ⁊ forte vterq; patriſa
bat in facie ⁊ in vnanimitate mentis
et corpis/ita ꝙ regina quis eius filius
eſſet ignorabat. A rege diligenter pe
tiuit quis eorum eſſet filius ei⁹. Sed
rex ei indicare noluit. Ipſa hoc audiēs
fleuit amare. Rex cum h̄ audiſſet et vi
diſſet/ait ei. Noli flere/ille eſt fili⁹ tu⁹.
et demonſtrauit ſibi filium quē de pri
ma vxore genuerat. Regina hoc audi
ens/gauiſa eſt valde. Statim totam
curam dedit filio iſti ad nutriendū/⁊ de
alio nihil curabat qui erat eius ꝓprius
filius. Rex cum hoc vidiſſet/ dixit ei.
Quid facitis decepi vos. Ille non eſt
filius veſter. ſ; vn⁹ iſtoꝝ ē. Et illa Qua
re ſic mecū agis. Indica mihi rogo te.
Et ille. Nolo. et hec eſt cauſa. Si veri
tatem tibi dixiſſem vnū ſc; filiū tuum
velles diligere ⁊ alteꝝ odio habere. Et
ideo volo ꝙ ambos equalr̄ diligas ⁊ nu
trias. ⁊ cū ad etatē legitimā venīūt/tūc
tibi veritatē pandam de q̄ gaudebit cor
tuum. Hoc audiens regina ambos per
optime nutriuit/donec ad etatē legiti
mam ꝑuenerīt. Cum aūt quis eſſet fili⁹
eius ꝑ regē fuerat expta vltra modū
fuit gauiſa. et ſic in pace vitam finie
runt.

Moraliſatio.

Kariſſimi. Rex iſte eſt dñs nr̃ ieſus xp̃s. duo filij ſunt electi et reprobi. mater eſt ſctā ecclia que eſt mr̃ vltimi filij. Mater primi filij mortua ē. ſ. lex antiq̄ p xp̄i incarnationē. Deus nō vult q ſcā mr̃ eccleſia ſciat q̄s ſit elect⁹ vł reprob⁹. ſ; vt amb⁹ in caritate pfecta nutriat. Quia ſi ſciret vnū diligeret / ꝛ alteꝝ odiret. Et ſic non eſſet pax ꝛ ɔcordia. S; in die iudicij cū ad legitimā etatē puenerint. tūc apparebit veritas qui ſint electi vel reprobi. tunc electis dicetur illud math. xxv. c. Venite benedicti patris ꝛc. Reprobis autē. Ite maledicti ꝛc.

De obſtinatis ac conuerti nō volentibus ꝛ eoꝝ plaga p diffinitiuā ſniam.

Caplm. cxvij.

Fridericus regnauit / qui ſtatuit p lege q̄ cunq̄ aliquā vginē vi raperet / ſi aliq̄s eā de manu raptoris liberare poſſ; / eā in vxorē duceret ſi vgini placeret. Accidit caſus q̄ q̄dā tirānus malus q̄ndā virginē rapuit / ꝛ ad q̄ndā foreſtā eā duxit ꝛ defloraūit. Illa vo voce magna clamauit. Miles q̄dā nobiľ genere ꝛ ope caſu p eandē foreſtā equitauit ꝛ vocem puelle audiuit / percuſſit equū ꝛ ad eā puenit. Et cām clamoris ab ea q̄ſiuit. Cui illa. O dñe mi ppter deū mihi ſuccurrite / ille tirānus me vi rapuit ꝛ defloraūit. ꝛ poſt h me occidere pposuit. Ait raptor. Dñe vxor mea ē / ꝛ eā in adulterio inueni / iō ea; occidere pposui. Ait illa. Dñe nō eſt ita / nunq̄ vxor alicui⁹ eram / nec vnq̄ polluta niſi hodie p ipm deflorata ſum. iō mihi ſuccurrite / adhuc ſigna vginitatis i me manent. Ait miles tirāno Signa manifeſte virginitatis in ea video q vi eā rapuiſti ac defloraſti. iō eā de manib⁹ tuis liberab⁹. Rñdit tirann⁹. Si volueris eā liberare p ea pugnabo ɔ te. Stati amb⁹ ad inuicē pugnabant ꝛ duros ictus dederūt / ꝛ miles victoriā obtinuit. tñ grauiter vlnerat⁹ erat. Obtenta victoria ait miles puelle Nunq̄d tibi placet vt te in vxorem accipiam. Que ait. Hoc ſumme ꝛ toto corde deſidero / ꝛ ſup hoc fide; meā tibi do. Fide data / ait miles puelle. In caſtro meo p aliquos dies manebis / interim pgā ad pntes meos et neceſſaria p nuptijs puidebo. et tūc ad te redibo / ꝛ cū magna ſolēnitate te deſponſabo; Que ait. Dñe p̄ſto ſū; voluntati vr̄e p oīa obedire. Miles ei valedixit ꝛ illa ad caſtꝝ perexit. Dū aute; miles extra ſuā patriā eſſ; vt ncaria p nuptijs ordinaret. tirānus ad caſtꝝ militis acceſſit in quo erat puella ꝛ pulſabat. Illa vo itroitū ei negauit. Tirānus incepit mlta pmittere ꝛ eā in vxorem honorifice ducere. Illa vo dictis eius credēs eū intromiſit. ꝛ amb⁹ ſimľ illa nocte dormierūt. Miles aūt p⁹ menſem redijt / ꝛ ad portam caſtri pulſauit / puella ei nō rñdit. Ille h audiēs ꝛ pcipiens cū amaritudine cordis dixit. O bona puella ad memoriā reduc. quō te ſaluaui a morte / ꝛ ſup h mihi fidē tua; dediſti. loq̄re bona puella et oñde mihi faciē tuā Illa h audiēs / q̄ndā feneſtrā aperuit ꝛ ait. Ecce aſſum. q̄d plac; propone. Qui ait. Miror de te q ignoras quid et q̄nta feci p te. vulnera diuerſa recepi p amore tuo. et ſi mihi non credis / corp⁹ meū tibi oñdā. His dictis veſtimenta ſua depoſuit ꝛ ait Ecce cariſſima vlnera diuerſa q̄ recepi p vita tua Idcirco noli mihi eſſe ingrata. Aperi ergo mihi portā vt te in ſpōſa; dilectā accipiā. Illa vo faciē ſuā auertebat ab eo / portā noluit ei aperire. Miles iudici eſt ɔqueſt⁹ ꝛ p ſe legē allegauit adijciens quō eam liberaſſ; ꝛ q̄nta vulnera pro ei⁹ amore ſuſtinuiſſ;. et q̄ eā in vxorem peteret. Iudex hec audiēs p raptore miſit. Qui cum veniſſet ait iudex raptori Nunq̄d illā mulierē rapuiſti. ꝛ ille miles p fortitudinē de maib⁹ tuis liberauit. Ait ille Etiam dñe Cui iudex Ergo ſm legē p ſua volūtate vxor eius eſt qui eam de tua ptāte liberauit Quare poſt h de vxore alteri⁹ te intromiſiſti Primo q̄n caſtrū eius intraſti / ipo ignorāte Scdo lectū alteri⁹ violaſti Tertio per tantū ſpaciū vxorē eius

occupaſti. Quid ad hec rñdes? Ille obmutuit. Conuerſus iudex ad mulierem dixit. O puella iure duplici vxor illi⁹ militis es. Primo q2 te de manu raptoris liberauit. Scdo q2 ſibi fidẽ dediſti. Quare ḡ poſt hoc portã ſui caſtri alteri ꝙ viro tuo ꝓprio aperuiſti et illũ intromiſiſti? Illa ad hoc nõ poterat rñdere. Iudex ſtatĩ iudiciũ dedit vt ambo i patibulo ſuſpenderenṯ. Qđ ꝛ factum eſt. Omnes ḡ iudicẽ laudabant ꝙ talẽ ſententiam dedit.

Moraliſatio.

Cariſſimi. Iſte impator ẽ de⁹. qui ſtatim legẽ dedit. Mulier rapta eſt aĩa capta. Raptor eſt diabol⁹ qui nõ tm̃ per pctm̃ ipam deflorat. ſed etiã eternalr̃ vult occidere. Sȝ ipa clamauit qñ petiuit oleũ miſcdie dicens illud luc. xv. Miſerere mei fili dauid. q2 filia .i. ꝯſciẽtia mea male a demonio vexaṯ. Cui⁹ clamorẽ miles q̃dã audiuit. ſ. filius dei eq̃tans ſup equum humanitat̃. Filius dei deſcendit i foreſtã iſti⁹ mundi ꝛ bellum ꝯ̃ dyabolũ pro genere humano cõmiſit. In quo bello vulnera diuerſa recepit. De q̄bꝫ vlneribus vterq̄ȝ erat vulnerat⁹. ſ. xp̃s i carne. diabolus in ptãte. Vñ yſa. dr̃. Fortꝫ impellit fortẽ ꝛ ambo pariter corruerũt. Chriſt⁹ ſponſalia ꝯſtituit ꝑ baptiſmũ in quo aĩa dat fidẽ qñ dyabolo renunciat ꝛ oĩbꝫ pompis ei⁹. Et deo adherere ꝓmittit ꝑ alias ṽtutes q̃s recepit. fac caſtꝝ contra dyabolũ/mũdum ꝛ carnẽ. Interim deus celos aſcendit ad ꝑparandũ nuptias ꝓ nobis vt in gl̃ia eterna cũ ipo ꝯiungeremur. ſm̃ illud ioh̃. Vado pare vobis locũ. Sȝ qñ anĩa eſt in caſtro corpis. tũc raptor .i. diabolus puellã .i. aĩam aggrediṯ qñ eam ꝑ mũdi vanitatẽ ſeducit. ꝛ ad eã ingreditur qñ in pctm̃ ceciderit ꝛ in eo permanet. Et ſic xp̃s expellitur. Sed xp̃s reuertens quotidie ad oſtiũ cordis tui pulſat. Et dicit illud Cañ. Ego ſto ad oſtium ꝛ pulſo ꝛc. Sȝ anĩa in pctĩs obſtinata eũ nõ ꝯgnoſcit. ideo xp̃s ſibi oſtẽdit vlnera q̃ ꝓ nobis ſuſcepit vt ad eũ inclines cor tuũ ꝛ feneſtra cordis tui ſaltẽ aperiaſ. Sȝ miſer hõ q̄m dñm nõ timet vt eius cor aperiat ꝯ̃ talẽ. iudex celeſtis in die iudicij dabit ſententiã vt abo ſuſpẽdanṯ in patibulo infernali.

De fallacia ꝛ dolo. Cap. cxviij.

Miles quidaȝ intrauit egyptũ cogitans ibi pecuniã ſuam relinq̃re. interrogauit ſi aliq̃s fidelis ibi maneret/cui pecuniã ſuam ad cuſtodiendũ traderet. ꝛ audiuit ꝙ erat quidã ſenex ad eum acceſſit vt mille talenta ei traderet. Deinde ad peregrinandũ ꝓrexit. Peracto itinere ad eum redijt. cui talenta cõmiſerat/ꝛ cõmiſſa ab eo q̃ſiuit. At ille plenus nequicia nunq̄ȝ ſe eum vidiſſe aſſeruit. Miles võ ſic deceptus contriſtatus eſt valde. ſingulis diebus ab eo petijt ꝛ eũ blandis ſmõibꝫ deprecans vt ſibi redderet. Deceptor increpabat ne talia de eo ampli⁹ diceret. vel etiam ad euȝ rediret. Ille triſtis ab eo receſſit. hñs obuiam q̃ndã vetulã pannis heremitalibꝫ indutaȝ. habenſq̄ȝ in manu baculum. ꝛ ꝑ viam leuauit lapides ne tranſeũtes pedes lederẽt. Que videns eum flentẽ ꝛ cognoſcens ꝙ extraneus eſſet cõmota pietate eũ vocauit. ꝛ quicquid ei accidiſſꝫ interrogauit. At ille ordinate narrauit quõ ꝑ illum ſenem eſſet deceptus. At illa. Amice ſi vera ſunt que mihi dicis/dabo tibi ſanum conſiliũ. At ille. Teſtis eſt mihi deus vera vtiq̄ȝ ſunt. Que ait. Adduc mihi hominẽ de terra tua cui⁹ dictis et factis fides adhiberi poſſꝫ. Ille võ adduxit fidelem hoĩem. Cui adducto p̄cepit vetula decẽ cophinos emere exterius p̄cioſis depictos coloribꝫ ferroq̄ȝ ligatos cũ ſeraturis deargentatis ꝛ lapidibꝫ impleri iuſſit. Miles võ fec̃ ſicut mulier iuſſit. mulier videns oĩa pata ait. Nunc decẽ hoĩes ꝑquire q̄ mecũ et cum ſocio tuo ad domũ deceptor̃ tui vadant/ꝛ cophinos deferant. Vn⁹ poſt alium venientes ordine longo. ꝛ q̄cito primus intrauit et nobiſcuȝ quieſcit. veni audacter et pete pecuniam. ego vero in deo confido ꝙ pecunia tibi reddetur. Que vetula cum ſocio decepto

ad domum deceptoris venit ⁊ ait. Dn̄e
iſte extraneus hō hoſpitatus ē mecū. et
vult adire patriā ſuā ⁊ q̄rit prius pecu
niā ſuā que ē in decē cophinis alicui ho
mini probo ⁊ fideli cōmēdare donec re/
uertat̄. precor ḡ te vt amore dei et mei ī
dōmo tua cuſtodias. Et q: audiui ⁊ ſcio
te ꝓbū ⁊ fidelē nolo ꝑ aliquē niſi per te
ſolum pecuniā cuſtodiri. Cū ſic loq̄ret̄
ecce intrauit prim⁹ ſuus deferēs cophi
num vnū. Qđ vidēs deceptor credidit
veꝝ eſſe qđ vetula dixit Poſt h̄ intrauit
miles vt vetula p̄cepit. Quē vidēs de
ceptor timēs ſi pecuniā peteret ⁊ ali⁹ ſi/
bi nō crederet ad cuſtodiēduꝫ ſuas pe/
cunias ꝯ eum dixit adulādo dicēs. Ami
ce vbi fuiſti veni ⁊ accipe pecuniā tuam
fidei mee iā diu cōmēdatā. Miles v̄o
letus pecuniā recepit grās agens deo ⁊
vetule. Vetula v̄o hoc vidēs ſurrexit et
ait. Dn̄e ego ⁊ hō iſte ibimus circa cete
ros cophinos ⁊ reuerti feſtinabim⁹. tu
vero expecta donec redeam⁹. ⁊ bn̄ cōſua
qđ iaꝫ adduxim⁹. Et ſic miles ꝑ vetulā
pecūiaꝫ ſuā recupauit. Moraliſatio
Kariſſimi. Iſte miles eſt q̇libet
xp̄ian⁹ q̄ in iſto mūdo q̄zdiu vi
uit pegrinatur. q: facit omī die
dietā ad mortē Qui decē talēta. i. decē
p̄cepta dn̄i inordinate ꝑ pctm̄ tradidit
cuidā ſeni. Senex iſte ē mund⁹ plenus
deceptiōib⁹. Vn̄ ſi in reb⁹ mūdanis de
lectamur ⁊ mōo ꝯfidim⁹ p̄cepta diuia
amittim⁹. ⁊ vix cū difficultate acq̇rere
celū poterim⁹ donec ꝑ verā ꝯtritionē cō
feſſionē ⁊ ſatiſfactōeꝫ acq̇ram⁹ Vetula
iſta habitu pegrini induta ē ꝯſcientia
ſana q̄ ꝯtinue amouet lapides. i. opa/
tiones malas de via cordis tui ne pe/
des bonaꝝ cogitatiōuꝫ offendant̄. Dic
mihi quō debes recupare qđ ꝑ pctm̄ ꝑ/
didiſti. Certe opꝫ te adducere de pa/
tria tua. i. de corde tuo decē boies. i. decē
opa penitētie. ita ꝙ ꝓ quolibet p̄cepto
qđ ꝑ pctm̄ violaſti vnuꝫ actuꝫ miſcđie
ſeu pnīe optet te adiplere. q: ſcđm btm̄
auguſt. Nullum bonū irremuneratum
et nllm malum īpunitū. Ideo oportet ꝙ
habeat cophinū bn̄ ligatuꝫ. ſ. ꝯtritū cor
et virtutib⁹ bn̄ inſignitū ꝑuis lapillis
plenū. Lapides iſti ī corde ē meditatō
ſcꝫ vulneꝝ xp̄i ⁊ mēoria paſſiōis eius q̄
ꝯtinue optet hr̄e ꝯ dyabolum munduꝫ
et carnē. In cui⁹ figura dr̄. i. Reg. ꝙ da
uid cum baculo paſtorali et cum funda
et q̇nqꝫ lapidib⁹ goliā occidit. Dauid
interp̄tat̄ mān̄u fort̄ ⁊ ſignat xp̄m. Fun/
da ſignat amorē trahentē eum de celo ī
mundū a mundo ī crucē. Quinqꝫ lapi
des ſunt q̇nqꝫ vulnera. Golias ē diabo
lus. ⁊ ſic ꝑ q̇nqꝫ lapides. i. vlnera tādē
occidit̄. Si ḡ iſtos lapides ꝯtinuo ī co/
phino cordis tui habueris. v̄tutes per
pctm̄ ꝑditas rehabere poteꝛ. ⁊ ſic ꝑge/
re cuꝫ gaudio ad patriā tuā. i. vitā eter
nam. Ex oīm viuentium in mun/
do de beneficijs acceptis eſt ingratiſſi
mus homo. Caplm. cxix.

Quidam rex ſe
neſcalcum habuit ſuꝑ īperiuꝫ
ſuum cui⁹ cor ita eleuatū ⁊ exaltatum ē
ꝙ oēs opprimebat. q: ad nutum ei⁹ oīa
fiebāt. Iuxta palacium īꝑator̄ erat q̄/
dā foreſta aīalib⁹ ſilueſtrib⁹ plēa q̄ or
dīauit ꝙ fierēt diuerſe fouee q̄s folijs
coopiebant vt beſtie ſubito in eas cade
rent. ⁊ ſic caperent̄ Accidit ꝙ ſeneſcall⁹
tranſiret ꝑ foreſtā ⁊ eleuatum ē cor ei⁹
intātum ꝙ opinabat̄ ꝙ null⁹ maior eo
eēt in īꝑio. Qui vlteri⁹ eq̇tans ceci/
dit ī vnam foueā quā exire nō poterat.
Eadē die ī eandē foueā leo cecidit. po/
ſtea ſymea. ⁊ tertio ſerpēs. Seneſcall⁹
vidēs ſe circūuolutuꝫ iſtis beſtijs timu
it ⁊ clamauit Cui⁹ clamorē audiens q̄
dā pauꝑ noīe guido. q̄ cum aſino du
cebat ligna de foreſta de q̇b⁹ victuꝫ q̄ſi/
uit venit ad foueā cui ꝓmiſit mltas di
uitias vt eū extraheret. Guido ait Ca
riſſime / nihil habeo vn̄ viuere poſſim
niſi colligo ligna ſi laborē iſtius diei di
mitterē dānum incurrerē Cui ei pro/
mittēs bona fide ꝙ ei de diuitijs ꝓui/
deret ſi eum extraheret. Guido h̄ audi
ens ad ciuitatē iuit ⁊ longā cordam ſe
cum portauit quā in foueā miſit. vt ſe/
neſcall⁹ ſe ſuccingeret. ⁊ ſic eum ſurſum
traheret. Qua dimiſſa ſaltauit leo aū
ſuꝑ cordā et extractus eſt. Quo facto

applauſū ei fecit ⁊ ad ſiluā cucurrit. Deinde iterū cordā miſit in voueā ⁊ ecce symea ſup eā ſaltauit quā guido ſurſum traxit ⁊ ad ſiluā cucurrit. poſtea iterū cordā deſcēdere pmiſit ⁊ ſerpēs ſup eā ſaltauit quē etiā extraxit applauſū ei fecit ⁊ ad ſiluā cucurrit. Deide miles clamauit. O cariſſime bñdict⁹ altiſſim⁹ iā de beſtijs ſū liberat⁹ cordā pmitte deſcēderē qđ ⁊ factū ē. Miles ſe ſuccīxit ⁊ guido eū extraxit. deīde equū extraxerīt. ſtatī ſeneſcall⁹ equū aſcēdit ⁊ ad palatiū regē vēit. guido vo dōi vēit. vxor vidēs eū vacuū cōtriſtata ē valde. Ille vo ꝓceſſū ei narrauit ⁊ ꝙ mercedē cōdignā accipe ret de quo vxor gauiſa ē. Mane vo Guido ibat ad caſtrū mittēs ianitorē ad ſeneſcallū ꝙ ipſe ibi eēt. q̄ prima ⁊ ſecūda vice negauit ꝙ eū vnꝙ viderit ymo niſi recederet ipm crudelit̄ verberaret. qđ ⁊ fecit. q̄ dum tertia vice reuerſus eēt ita crudeliter portari⁹ eū verberauit ꝙ ipſe ſe mīuiuū reliqt. Qđ audiēs vxor guidonis venit ⁊ ipm cū aſino ad domū duxit ⁊ diu infirmatus eſt. et omnia bona ſua in infirmitate ꝯſumpſit q̄ habuit. Dū aūt ſanus fact⁹ eſſet et vna dierū ligna colligeret vidit a longe decē aſinos oneratos cū fardellis ⁊ leonē a pte poſteriori ſequētē recto trāite verſus guidonem eos duxit. Guido intime reſpexit leonē ⁊ ſtatim memoriā habuit ꝙ ille leo eēt quē de vouea extraxit. Leo cū ad eū veniſſet cū pede ſignū ei fecit vt cū aſinis onetatis ad domū accederet qđ ⁊ fec. Guido aſinos ſecū domi duxit ⁊ leo ſequebat̄ quouſꝙ guido ad domū pueīt. Cū aūt aſini domū intrarēt leo cū cauda applauſum fecit guidoni ⁊ ad ſiluā cucurrit. Guido p diuerſas eccleſias ꝓclamere fecit ſi aliquis aſinos amiſiſſ. Et nō eſt iuētus vn⁹ q̄ cōfiteret̄ ſe aliquē pdidiſſe. ipſe aperiēs fardellas diuitias multas inuenit de q̄bus nō modicū gaudens diues effectus eſt. Cum ſcđa die guido ad foreſtā venit ⁊ inſtrumētū ferreū vt ligna cinderet nō haberet reſpexit ſuperius et vidit ſimeā quā de fouea extraxit que cū dentibꝫ et vnguibꝫ tantū frangebat ꝙ guido ſine labore aſinū ſuū onerauit ⁊ domū eſt reuerſus. Tertia vero die guido ad foreſtā reuertitur ⁊ cū ſederet ad ꝑpaudū inſtrumentū vidit ſerpentē quē de fouea extraxit portātē lapidē in ore ſuo coloratū triplici colore. ex vna pte erat albus. ex alia niger ex tertia rubicundus. Os ſuū apuit et in gremio ei⁹ pmiſit cadere ⁊ abſceſſit. Guido cū lapide ad vnū pitū acceſſit. q̄ cū eū vidiſſet et virtutē ipius cognouiſſet libenter cētum florenos ꝓ lapide dediſſet Guido vero virtute lapidis mlta bona acq̄ſiuit ⁊ in militiā ē ꝓmotus. qđ intelligēs impator eū ad ſe venire p̄cepit ⁊ lapidē habere voluit pro pecunijs aut eū extra regnū mitteret. Ait guido Dñe lapidē vendā. ſꝫ vnū dico. Si non valorem mihi dederitis ad me redibit. Qui dedit ſibi trecētos florenos. et tñ guido in archa ſua inuenit quē impatori reddidit. Qui admirans dixit. Dic mihi vnde lapidē habuiſti. Ille vero a pncipio vſꝙ ad finē narrauit quō ſeneſcallus i foueā cecidit cū leone ſymea et ſerpēte ⁊ ꝙ ꝓ mercede vlnerat⁹ fuit a ſeneſcallo. ⁊ qđ a leone ſymea ⁊ ſpēte recepit. Hoc audiēs impator cōmota ſūt oīa viſcera eius ꝯtra ſeneſcallū ⁊ ait ei. Quid eſt hꝫ qđ audio de te. Ille negare nō poterat. Cui ipator. O peſſime magnā īgratitudinē feciſti guidoni ex quo de piculo mortis te liberauit ⁊ hic eū ſemiuiuū reliquiſti. O miler ecce beſtie irratiōales ſicut leo ſimea ⁊ ſerpēs mercedē ei reddiderūt ꝓ bono tu vo hodie cōtra bonū malū reddidiſti. ⁊ ideo oīa que habes ⁊ dignitatē tuam guidoni dabis ⁊ te hodie i patibulo ſuſpendēdum iudico. qđ audiētes ſatrape impij eis placuit iudiciū. ⁊ guido impiū regebat ⁊ vitā in pace finiuit

Moraliſatio

Ariſſimi Iſte imperator eſt de⁹ qui oīa videt. paup iſte eſt hō q̄ nihil ex ſe habet. Job. i. c. Nud⁹ egreſſus ſum ex vtero mris mee. nud⁹ reuertar illuc. De⁹ paupem iſtū ꝓmouit qñ eū dñs padiſi cōſtituit. ps. Omnia ſubieciſti ſub pedibꝫ ei⁹ ⁊c. Fouea in quā cecidit mūd⁹ eſt q̄ eſt plenus foueiſ i. periculis q2 totus mundus in maligno

poſitus eſt. In iſto mundo cecidit miſer homo in multas foueas. Gen. iij. In ſudore vult⁹ tui ꝛc. Leo in eandē foueam cecidit .i. filius dei qñ naturā humanam aſſumpſit. ꝛ in miſeria magna .xxxiij. annis vixit. ps. Cū ipo ſum in tribulatiōe ꝛc. Iſte ē leo de quo dicit Apocalipſi .v. Vicit leo d' tribu iuda ꝛc. Deinde ſymea .i. tua ꝯſciētia cecidit que ad modum ſymee lacerat ea que ei diſplicent q2 ſemper cōtra peccatū murmurat. Item ſerpens cecidit in foueā .i. prelatus vel cōfeſſor qui cū peccatore debet deſcēdere. i. cōdolere de ei⁹ peccatis .ij. ad Cho2i. xi. Quis infirmat̃ ꝛ ego nō infirmor. Itē ſicut guido cū corda extraxit ſeneſcallū ſic fili⁹ dei cū corda paſſiōis ſue nos extraxit de fouea miſerie et de poteſtate diaboli. Sed miſer homo hoc nō obſtante ingratus efficitur deo quotiēs cōtra legem dei peccat. Guido erat verberatus. ſic hō quādo mortaliter peccat quantuʒ in eo ē deū iterato crucifigit. Sʒ leo deus dedit xp̄o in quantū homini decē aſinos oneratos .i. omnia precepta ſub ei⁹ poteſtate antiqua ꝛ noua diſpēſando cū homie. Et ſi illa precepta fecerim⁹ ad eternas diuicias puenniem⁹ Guido ligna ſcindebat .i. cōſciētia tua ſtimulat ppetrare per q̄ corpus ꝛ aīam in die iudicij operiri poteris ꝓpter que requieʒ eternā obtinebis. q2 ſi cōtra ꝯſciētiam agas ad gehennā ignis deduceris Serpēs dedit ei lapidē triplici colore coloratū. Sic plactus et cōfeſſor p informatiōem ſacre ſcripture poterat lapidē .i. chriſtum obtinere. Ille lapis erat pulcer et alb⁹ Sic xp̄s precioſus forma pre filijs hominū Itē niger erat p chriſti paſſionē. Rubicundus p ſanguinis effuſionē. Qui ergo iſtum lapidē portat ille habet abundantiā ſine defectu. nec illum lapidē debet vendere a ſeipſo niſi det tantū preciū quātū chriſtus exigit .i. per ꝯtritōnē confeſſionem ꝛ ſatiſfactionem. Sed ingrati in patibulo infernali erūt ſuſpenſi. Electi vero vitā eternā obtinebunt Qd' nobis cōcedat q̄ ſine fine ꝛc.

De ſubtili mulierum deceptione ꝛ deceptoꝝ excecatione.

Capitulū .cxx.

